J
a.8

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

GEMEINHARDT, J.C.

65366/A

T7

D. Jo. Caspari Gemeinhardt
Lauba Hexapolit.

CATALOGUS PLANTARUM

circa

LAUBAM

naſcentium,
tam indigenarum, qvam exoticarum
culturæ mangonio ibidem progna-
tarum,
ſecundum characterem naturalem
in ſuos ordines & claſſes diſpoſitarum,
addito natali loco & florendi
tempore,
In uſum
BOTANOPHILORUM
methodo botanica
conſcriptus.

BUDISSÆ,
Apud Davidem Richterum.

LAUBÆ, Typis Nicolai Schillii. 1725.

VIRO
PRÆNOBILISSIMO, EXCEL-
LENTISSIMO, EXPERI-
ENTISSIMO,
DOMINO
JOANNI CHRISTOPHO-
RO LISCHWIZIO,
LAUBA HEXAPOLITANO,
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ
DOCTORI,
BOTANICES IN ALMA PHYLIRÆA
PROFESSORI PUBLICO
EXTRAORDINARIO,
LIPSIENSIUM PHYSICO
ORDINARIO,
AFFINI ET FAUTORI SUO
ÆSTUMATISSIMO.

Vir Excellentiſſime & Experientiſſime,

Affinis ac Fautor Æſtumatiſſime!

OCto nunc præterierunt anni, ex qvo ab inclyta Jenenſium Academia reducem chariſſima me fovit patria; intra qvod temporis ſpatium exſpaciandi qvoties data fuit occaſio, Floræ noſtræ Laubanenſis venuſtates conſpicere & contemplari curatius voluptati fuit; Imprimis poſtqvam opulentiorum qvorun-

rundam civium curioſitas hortorum affabre exſtructorum decus haud ita multis abhinc annis civitati noſtræ addidit, qvo ante plane carere viſa eſt. Cumqve exinde non leve oblectationis ad animum meum redundaret momentum, ut ſimul proſit atqve delectet iſthæc naturæ viridantis contemplatio, qvicqvid hic illic conſpexerat oculus, in ſchedis conſignavit manus. Idqve potiſſimum eam ob cauſam, ut, qvoties hyemis acerbitas florentes nobis ſubduceret campos, mente eosdem emetiri & pererrare daretur. Tandem non immemor, qvod præteritis annis in prælaudata Jenenſium Academia aliqvot Medicinæ operam navantes conterranei in eo conveneramus, ut

qvisqve ſponderet, ſe olim bonis avibus relatum in patriam civitatis ſuæ plantas conſignaturum communicaturumqve cum reliqvis; ut vel hac ratione Floralia Luſatica pro virili celebrentur; qvod tamen huc usqve a nemine noſtrorum factum. Ut ergo facta votis reſpondeant, ſchedulas meas collegi, relegi & in ordines cogere cœpi, idqve mutato non ſemel conſilio, donec, qvem hic offero, Catalogus Plantarum enaſceretur. Qvem ut publice nunc ederem, partim amor in patriam, ad cujus hiſtoriam naturalem plantarum inqviſitio botanica haud dubie pertinet; partim alios ad idem in ſuis urbibus tentandum excitandi deſiderium me pepulit. Haud eqvidem ignoro,

non

non paucos fore, qvi huncce meum laborem ſuperciliose ſpectabunt, ii ſcilicet, qvibus tota ſordet Botanica, in qva tamen ipſos nec hoſpites fuiſſe, qvod & interdum plantas officinales neqvidem probe noverint, abunde probat. Propter qvos nobiliſſimæ Botanicæ contexere hic Panegyricum ſane operæ pretium non eſt. Antiqvum enim obtinent. Sufficit, me illis non ſcripſiſſe, ſed iis ſolum, qvos contemplationes juvant Botanicæ, qvi ſcire laborant,

- qvid qvæqve ferat regio, & qvid qvæqve recuſet.

Contexui autem hunc Plantarum Catalogum methodo botanica, h. e. ſecundum florendi & fructificandi rationem, qvam præ oculis habendam ratio

ſvadet, ſvadentqve ſummi olim Botanices Coryphæi, Rivinus & Tournefortius. Qva de cauſa in tres omnino partes omnem ſecavi laborem, ut primo plantas flore petalode ſimplici exponam; his ſecundo illas, qvæ flore petalode compoſito dicuntur, ſubjungam; relictis ad poſtremum qvibus imperfectus, ſeu, ut cum Botanicis loqvar, apetalus flos contigit. Has iterum ſubdiviſi partes in ſuos ordines juxta florendi modum, ut in prima ſecundum petalorum numerum ſint monopetali, tripetali, tetrapetali, pentapetali, hexapetali & polypetali flores: in altera vero parte regulares, irregulares & utriqve juncti flores

ſuos

ſuos conſtituant ordines: tertiam demum in ſtaminiferas, conglomeratas & dorſifloras dividere commodum viſum fuit. Tandem ordines in claſſes dirimere conſultum videbatur, habita fructificationis ratione, ita ut unusqvisqve ordo in prima qvidem parte primitus ſemina nuda, mox in capſula deliteſcentia, ac demum in bacca ſeu pomo condita recenſeat: in altera ſemina ſolida excipiant pappeſcentia: in ultima autem ſeminibus nudis operta tum capſula tum fructu ſuccedant. Hæc commodiſſima tractationis videbatur ratio, cujus præcipue Flora Jenenſis Ruppiana incentivum fuit, ut miſſo, qvod prius propoſueram,

 al-

alphabetico ordine, utut Clariſſ. Viri eſſent exemplo, in ſuis hac methodo conſcriptis catalogis, hanc potius diſpoſitionem fuerim ſecutus. Initio qvidem, nonniſi indigenas ſponte in agris noſtris prognatas conſcripſeram plantas; cum vero hortorum noſtrorum ornatus ex Poſſeſſorum ſuorum magnificentia indies augeantur, ea, qvæ gratiſſimum oculis ſpectaculum præbere ſolent, omnino præterire nefas putavi. Adjeci inſuper unicuiqve plantarum nativitatis locum, Celeberr. Comelini exemplo, ut, cui placuerit eas inqvirere, reperiundi ſit copia; nec tamen promitto, illas largiſſimo deſcriptis in locis colligi proventu;

tu; Botanici enim, non rhizotomi aut herbilegæ aniculæ partes mihi ſumſi. Florendi autem tempora ideo appoſui, qvod Botanicos ad characterem noſcendum eo potiſſimum tempore plantas inſpicere ſciam.

Tantum de inſtituti mei ratione. Qvod vero Catalogus iſte Præclariſſimum Tuum nomen in fronte gerat, duplicem accipe cauſam. Primo qvidem affinitas, qva Tibi me junctum, ut ſemper gaviſus ſum, ita nunc maxime gaudeo, affectus in Te mei indubitatum aliqvod criterium, hoc imprimis tempore, qvo novis indies honoribus mactatus in patriæ chariſſimæ, familiæ Tuæ ſpectatiſſimæ imprimis

mis decus natum te probas, poſtulare videbatur. Lauba, Muſarum haud infelix mater, inter multos clariores viros literatos Lipſiæ Medicinæ Doctorum & Profeſſorum inſignem progenuit triadem. Primum qvidem Georgium Wirthium, M. D. Toparcham in Mocka, Auguſti Cæſaris Caroli V & Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi II. Archiatrum, P. P. Lipſienſem Celeberrimum, cujus e proſapia Te qvoqve ortus ducere non ultima laus eſt. Alterum autem Georgium Feigium, M. D. Phyſiolog. Profeſſorem ibidem Publicum Præcellentiſſimum, qvi Anno 1608. Academicos capeſſere faſces meruit.

Utrum-

Utrumqve ſuperioris ſeculi annus decimus tertius terris amplius invidit. Tertium demum Te, **Excellentiſſime Liſchwizi**, conſummato Botanices Profeſſori D. D. **Rivino** dignum omnino ſucceſſorem datum eſſe læta exultat patria. Cujus ut communis gaudii, meiqve ſpecialis, publicum aliqvod extet monumentum, haſce pagellas Tuo inſcribere nomini, Tuæqve gratari fortunæ, ac Tibi ulterius qvoscunqve progreſſus proſperrimos & qvotidianos felicitatis acceſſus apprecari volui, debui. Porro officium, qvod ornas, Botanices Profeſſoris Publici me monuit, ut Tibi potiſſimum illas dicarem, cujus de iis judicium

pon-

ponderis & valoris optimi eſſet expectandum. Has ergo Tibi offero, Tuoqve acutiſſimo judicio ſubjicio, ut abs Te judicatæ ab iniqvis aliorum cenſuris ſint liberæ, utqve Tuis ſub auſpiciis, ſiqvid valuerint, Botanophilis inſerviant. Deſiderari forſan hæc illa in iis poterunt, qvanta enim præterlabi potuere qværentem? qvæ tamen cum DEO & die peculiari ſupplemento, æqvum ſi viſum fuerit, compenſabo, in illud interim incumbens totus, ne qvid mei in Te ſtudii deq; Patria bene merendi deſiderii jure deſiderari poſit. Vale.

Dabam Laubæ Calend. Nov. MDCCXXIV.

Jo. Caſp. Gemeinhardt,
Laub. Hex. M. D.

No-

Nomina Autorum,
qvi in his plagulis citantur.

C. B.	Caſpar Bauhinus	fratres
J. B.	Joannes Bauhinus	
Camer.	Joachimus Camerarius	
Cæſalp.	Andreas Cæſalpinus	
Chabr.	Dominicus Chabræus	
Cluſ.	Carolus Cluſius	
F. Colum.	Fabius Columna	
Dodon.	Rembertus Dodonæus	
Fuchſ.	Leonhartus Fuchſius	
Herm.	Paulus Hermannus	
Lobel.	Matthias del' Obel	
Matth.	Petrus Andreas Matthiolus	
Moriſ.	Robertus Moriſon	
Raj.	Joannes Rajus	
Riv.	Auguſtus Qvirinus Rivinus	
Schvvenckf.	Caſpar Schvvenckfeld.	
Tab.	Jac. Theod. Tabernæmontanus	
Trag.	Hieronymus Tragus	
Tourn.	Joſephus Pitton Tournefort.	

* * *



C. D.

Qvi bene diſtingvit, bene docet; Si unqvam, certe in Botanica veriſſimum eſt axioma. Hinc in conſcribendo hoc plantarum catalogo non aliorum ſecuti ſumus modum, qvi alphabetico, h. e. confuſo & minus ordinato ordine, plantas deſcripſerunt, & exiguam inde utilitatem tulerunt: ſecundum characterem potius, qvem antiqvi ignorarunt, moderni vero conſummati

Botanici ſatis explana-
runt, herbas diſponere &
proponere conſultius vi-
ſum fuit. Ideoqve in TRES
omnino PARTES totum illa-
rum exercitum diviſimus,
qvarum prima PETALODES
SIMPLICES, altera PETALO-
DES COMPOSITAS, & ultima
APETALODES continebit:
harum qvamlibet iterum
ſecundum fructificationis
modum in ordines & claſ-
ſes diſtribuemus. Sit igi-
tur

CATALOGI PLANTARUM CIRCA LAUBAM

PARTIS I. ORDINIS PRIMI CLASSIS I.

Plantarum flore monopetalo regulari, ſeminibus nudis.

I. UNICO SEMINE.

M*Irabilis* Rivini. Mirabilis Peruviana Herm. Solanum Mexicanum fl. magno C. B. Jaſminum Mexicanum qvibusdam. I. B. Jalappa Tournefort. Gallis Merveille de Peru. Flore albo, flavo, rubro, & vario conſpicitur in hortis curioſorum. Radix per autumnum exemta, vere rurſus terræ creditur: facilius ex ſtolonibus radicis, qvam ſemine multiplicatur. Floret Junio & Julio.

2. GEMELLO.

Aparine vulgaris C. B. & aliorum. Aparine aſpera Thalii, Philanthropus nonnullis.

Kleb-Kraut. A Rajo cum ſeqventibus inter plantas ſtellatas recenſetur, cum vero ordo naſcendi foliorum nil faciat ad characterem, ſtellatas illas omittimus. Noſtra floret toto fere anno, naſcitur inter gramina & ſegetes ubivis.

Aſperula odorata, montana C. B. Hepatica ſtellata officinarum, Matriſylva I. B. Wald-meiſter. Majo floret & Junio, naſcitur in ſylva cœdua, im Hohwalde.

Aſperula qvadrifolia paluſtris. Gallium paluſtre flore albo C. B. Floret Majo & Junio, naſcitur in humidis, im Schleiff-Grunde am Waſſer.

Cruciata vulgaris C. B. Cruciata herniaria Thalii, qvadrifolia. Floret Majo menſe & ſeqq. Naſcitur inter frutices & dumeta, im Kertzdorff, Holtzkirche.

Gallium ſylvaticum anguſtifolium, flore albo. Mollugo montana anguſtifolia C. B. Matriſylva II. Tragi. Floret Majo & Junio; naſcitur ad ſepes & vias, itemqve in montibus, am Steinberge nach der Schäfferey.

Gallium pratenſe latifolium, flore albo C. B. Mollugo I. Tabernæmont. Rubia ſylvatica

lævis

lævis J. B. Mollugo herbariorum, vulgi Lobel. Meger-Kraut. Ut præcedens floret Majo & Junio, creſcit in pratis & ad ſepes hortorum, um die Scheunen.

Gallium ſupinum, multicaule, flore albo C. B. In dumetis & opacis im Schleiffgrunde in Sträuchern.

Gallium vulgare, flore luteo C. B. Gallion verum J. B. Per totam fere æſtatem floret, in locis humidioribus in denen naſſen Aeckern untern Steinberge.

3. SEMINIBUS QVATERNIS.

Borrago officinarum C. B. Bugloſſum latifolium Lob. flore cæruleo & candido. Borragen. Floret Junio & Auguſto. In hortis oleraceis & horto pharmacevtico Dn. Kirchhofii, Pharmacopæi.

Bugloſſum officinarum majus, anguſtifolium C. B. interdum & latifolium. Ochſen-Zunge. Floret Majo & Junio in pratis & agris apricis gegen Bäyerberg und Margliſſe.

Cerinthe minor C. B. ſecunda Cluſii, folio punctato. Floret Majo & Junio, naſcitur in hortis curioſorum.

Conſolida Rivini. Conſolida major Tabern. & herbariorum. Symphytum majus Officinarum. Schwartz-Wurtz. Floret Junio &

Julio in hortis olitorum, ſponte nonnunqvam in uvidis & opacis in Heinckens Grunde.

Cynogloſſum vulgare, majus C. B. Cynogloſſa officinarum, lingva canina Matthiol. Hunds-Zunge. Ad ſepes, hintern Hoſpital und um die Ziegel-Scheune. Floret Iunio & Iulio.

Lappula Rivini. Cynogloſſum minus, anguſtifolium. C. B. Per totam floret fere æſtatem, ad vias & ſepes in Wünſchdorff & alibi.

Lithoſpermum majus, flore cæruleo C. B. Milium ſolis majus Offic. Majo floret & Junio, in ſylvis & dumetis. Im Hohwalde. Semina habet adeo dura, ut ſaxea videantur, unde germanis Stein-Saame vocantur.

Myoſotis paluſtris major. Echium ſcorpioides paluſtre C. B. Vergiß mein nicht. Tota æſtate & autumno floret in paludoſis & uvidis auf naſſen Wieſen am Qveiſſe.

Myoſotis ſylvatica, præcox, hiſpida. Echium ſcorpioides arvenſe C. B. In agris ſiccioribus & inter ſegetes am Steinberge.

Pulmonaria maculoſa latifolia C. P. & anguſtifolia cærulea C. B. Lungen-Kraut.

Pulmonaria folio non maculoſo, ſylveſtris C. B.

G. B. In ſylvaticis & nemoribus in Hein-ckens Grunde auch im Hohwalde. Floret Aprili & Majo.

4. SEMINIBUS PLURIMIS.

Alcea vulgaris, officinarum, major C. B. Malva ſylveſtris altiſſima, folio cannabis, ſ. ſinuato, flore amplo, purpureo. Fellriß. Julio & Auguſto floret, in agrorum marginibus, & ad ſepes in Wünſchdorff, Berzdorff ꝛc.

Althea Officinarum, Plinii, Dioſcor. Althæa, Bismalva I. B. Malva incana, mollis. Eibiſch. In hortis aliqvorum floret Junio & Julio.

Malva ſylveſtris, folio rotundo. C. B. Malva repens, pumila Lob. vulgaris flore minore J. B. Haaſen-Papeln. Menſe Junio, Julio & Anguſto floret in cæmiteriis, ad vias & ædes ſuburbanas.

Malva ſylveſtris folio ſinuato C. B. Malva procerior Officin. Lob. vulgaris flore majore J. B. Ad muros & parietes.

Malva criſpa, ſ. foliis criſpis, flore minore C. B. In agris cultis bey Holtz-Kirch floret cum præcedentibus.

Malva roſea, folio ſubrotundo, flore ſimplici C. B. coloris rubri, candidi, nigricantis, in-carnati &c.

Malva roſea, folio ſubrotundo, flore pleno C. B. coloris varii.

Malva roſea, folio ficus ſ. ſinuato obſcure viridi, flore ſimplici aut pleno. C. B. Storck-roſen, Stangen-Papeln. In hortis variis florent per Julium & ſeqq. menſes tantâ colorum varietate, ut cum tulipis & caryophyllis fere pugnent.

PART. I. ORDINIS I. CLASSIS II.

Plantarum flore monopetalo regulari ſemine tecto capſulâ

1. SIMPLICI.

Anagallis flore rubro, phæniceo C. B. mas Matth. Dodon. Gauchheil. Per æſtatem floret in agris & cultis, hortisqve olitorum.

Anagallis flore cœruleo C. B. fœmina Matth. cærulea fœmina Cluſ. Cum antecedente paſſim floret in cultis bey Herr Dittmans Vorwercke, gegen Lichtenau.

Anagallis lutea C. B. nemorum, flore luteo Cluſ. Im Hohwalde auf den Wieſen-Plätzen.

Auricula urſi. Sanicula alpina lutea C. B. Auricula urſi prima, flore luteo Cluſ. Floret Aprili & Majo in hortis. Au-

Auricula urſi purpurea. Sanicula alpina purpurea C. B. foliis qvaſi farina aſperſis. Cum præcedente.

Plantæ hujus varietates qvoad colorem ſunt multæ, oculis uſurpandæ in viridariis curioſorum.

Centaureum flore rubro phæniceo. Centaurium minus Offic. Dod. Fel terræ dictum C. B. Tauſend gülden Kraut. In locis ſiccioribus & acclivibus: Am holen Wege vor Wünſchdorff.

Centaureum minus, flore candido C. B. Cum præcedente, ſed rarius.

Centaureum minimum, purpureum Moriſſ. In lapidoſis & ſiccioribus auf dem Steinberge. Floret tota æſtate.

Gentianella cærulea, oris piloſis C. B. autumnalis anguſtifolia fimbriata Columm. Julio & Auguſto menſe floret in ſylvaticis gegen Erdmannsdorff.

Gentianella perennis, radice cruciatim pertuſa, minor, ſeu cruciata vulgi I. B. Gentiana minor Lobel. Im Hohwalde gegen Marglissa.

Menianthes Rivin. Trifolium fibrinum Offic.

Tabernæm. Trifolium paluſtre C. B. paludoſum Lob. Trifolia paludoſa Moriſ. Fiber-Klee. Majo & Junio floret in aqvoſis & paludoſis im Schleiff-Grunde bey denen Röhr-Brunnen. Pro bonitate glebæ majus & minus cernitur, qvod tamen non variat rem.

Myriophyllum Rivin. Millefolium aqvaticum fœniculo ſimile, umbelliferum J. B. Viola aqvatica caule nudo C. B. Fœniculum aqvaticum II. Tabern. In uliginoſis & ſtagnantibus aqvis bey der Bretmühle.

Nummularia ſupina vulgaris Dod. Officinarum, major, lutea C. B. Centimorbia J. B. Pfennigkraut. Per totam æſtatem floret ad ſemitas & agros acclives, ingleichen im Schützen-Graben.

Nummularia erecta Rivin. Lyſimachia major lutea Dioſc. C. B. Lyſimachia Matthiol. Auguſto menſe floret ad ripas aqvarum in Haugsdorff und Schreibersdorff.

Plantaginella paluſtris Raj. Plantago aqvatica minima Cluſ. Ad ſtagnantes aqvas bey der Kerzdorffer Lache.

Primula veris pratenſis, major, odorata, lutea Dod. Verbaſculum pratenſe odoratum. C.B. Herba paralyſeos Offic. Schlüſſel-Blumen.

Pri-

Primo vere floret Martio & Aprili in hortis aliqvorum.

Primula veris pratenſis inodora, luteo pallida Lob. Primula veris elatior, pallida Cluſ. Verbaſculum ſylvaticum C. B. In ſylvaticis, im Hohwalde aufm Nonnen-Berge.

Primula veris hortenſis, perianthio colorato, floris æmulo C. B. Primula veris flore gemino, altero alteri innato Lob. prolifera Tabern. Flore albo, purpureo, carneo, ſulphureo &c. Incipiente vere floret in hortis.

Trientalis Rivin. Pyrola Europæa major, flore alſines C. B. In nemoribus, in Hohwalde auf den hohen Reyhnen.

2. BIPARTITA.

Nicotiana major, latifolia C. B. Tabacum majus J. B. Hyoſcyamus Peruvianus Dodon. Sana ſancta Judæorum. Taback. In qvorundam hortis aliqvando colitur; floret Julio.

Nicotiana minor C. B. Priapeia qvibusdam J. B. Petum Riv. Ungriſcher Taback. Colitur ut præcedens.

Nerium floribus rubeſcentibus C. B. Rhododendron fl. rubro. J. B. Oleander, Laurus roſea. Lob. Aliqvorum exornat hortos, Junio & Julio floret.

Ne-

Nerium floribus exalbidis C. B. Ut præcedens.

Nerium floribus rubeſcentibus plenis. In des Herrn von Warnsdorff Garten in Schreibersdorff.

Syringa major flore cœruleo C. B. Lilak flore cœruleo Matth. blauer türckiſcher Hollunder.

Syringa major flore albo. Syringa lactea C. B.

Syringa major flore rubeo C. B. Lilak flore rubro. In hortis plurimis habitu fruticis reperitur; vidi tamen in validam jam arborem enatam in literati cujusdam horto. Floret Majo & Junio.

Syringa liguſtri folio. Lilak liguſtrifolia Tournef. Jaſminum Perſicum foliis non laciniatis C. B. In hortis curioſorum floret cum præcedente.

Vinca Rivin. Clematis daphnoides major, vulgaris, flore cæruleo C. B. Vinca per vinca Officin. Wintergrün. In ſylvaticis, præc. im Hohwalde Martio & Aprili floret.

Vinca foliorum oras eleganter picta. In hortis aliqvorum reperitur.

Vincetoxicum Offic. Dod. Aſclepias flore albo C. B. Vincetoxicum floribus multis albican-

bicantibus J.B. Schwalbenwurtz. In aſperis montoſis, floret menſe Majo.

3. TRIPARTITA.

Campanula vulgaris, major, aſperior, foliis urticæ C. B. Cervicaria major. Dod. Junio & Julio floret in agris arenoſis, hinter dem Gerichte nach Hennersdorff.

Campanula pyramidata altisſima Tourn. pyramidalis lævis J. B. Rapunculus hortenſis latiore folio ſ. pyramidalis. C. B. Garten-Glöcklein. Alitur in hortis nonnullorum.

Campanula echii folio C. B. Trachelium altisſimum, hirſutum Chabr. In pratis & acclivibus zu Kertzdorff.

Campanula pratenſis flore conglomerato C.B. Trachelium minus. J. B. In pratis lætis & hortis graminiferis in Wünſchdorff.

Campanula media foliis inferius candida lanugine veſtitis C. B. Cervicaria media. Im Nonnen-Pusche, und um Schreibersdorff.

Campanula minor, rotundifolia, alpina C. B. ſylveſtris minima Dod. minor foliolis rotundioribus imis. Cluſ. In pratis hinter dem Hoſpital gegen die Ziegelſcheune.

Convolvulus major flore albo C. B. Smilax lævis major Dod. Smilax lenis major Lob. groſſe Winde. Circa Julium & Auguſtum flo-

floret ad oras aqvarum inter fruticeta & ſalices, bey der Holtzkircher Brücke v. g.

Convolvulus minor, arvenſis, flore roſeo C. B. Helxine ciſſampelos J. B. Smilax levis minor Dod. Convolvulus minor purpureus Lob.

Convolvulus minor, arvenſis, flore candido C. B. Cum antecedente ad muros, vias & acclivia paſſim floret Menſe Julio & Auguſto, auf denen Kirchhöfen und an den Reyhnen.

Convolvulus Indicus flore violaceo. H. Eyſt. Campanula Indica J. B. In hortis curioſorum floret menſe Julio.

Convolvulus Luſitanicus, peregrinus, cæruleus C. B. Convolvulus non convolvulus hortulanorum. Campanula exotica. Aldin. Ut præcedens.

Convolvulus Luſitanicus, peregrinus, totus albus. Cum præcedente.

Crocus vernus, anguſtifolius, flore magno, flavo Moriſ. Saffran.

Crocus autumnalis, ſativus, floridus Moriſ. Uterqve mangonio hortulanorum apud noſtros nunc Martio aut Sept. floret in hortis.

Colchicum commune, purpuraſcens J. B. vulgare atro purpureum flore ſimplici, autumno florens C. B. Nackte Huren. In hortis habetur ac floret menſibus autumnalibus.

Col-

Colchicum autumnale, purpuraſcens flore pleno. J. B. Cum præcedente colitur.

Hyacinthus Indicus tuberoſus odoratisſimus C. B. Tuberoſa hortulanorum. Tuberoſen. In hortis variorum floret Majo & ſeqventibus menſibus.

Hyacinthus Orientalis caule maculato C. B. orientalis odoratus flore cæruleo. J. B. blaue Hiacinthen. Martio & Aprili floret in hortis.

Hyacinthus Orientalis flore magno purpuraſcente Matth.

Hyacinthus Orientalis flore candido. Copioſe naſcuntur in hortis.

Hyacinthus racemoſus moſchatus C. B. Muſcari Cluſ. Bulbus vomitorius Matth. flore albo. In hortis curioſorum.

Hyacinthus racemoſus cæruleus, minor, juncifolius. C. B. Muſcari minus cæruleum racemoſum. Cum præcedente.

Iris vulgaris, germanica, ſylveſtris C. B. flore violaceo ſ. purpureo J. B. Iris Offic. Veilgenwurtz. Freqventer in hortorum & arearum angulis plantatur: floret cum ſeqventibus Majo & Junio.

Iris lutea variegata Camer. variegata ex luteo & purpureo. J. B.

Iris

Iris graminea flore variegato J. B.

Iris bulboſa tota violacea, cærulea, Florentina dicta. C. B.

Iris bulboſa flore candido C. B. In curioſorum hortis ſtudioſe coluntur.

Iris paluſtris flore luteo Tabernæm. Acorus adulterinus C. B. Im Stadtgraben vorm Görlitzer Thor.

Chamæiris flore violaceo C. B. In hortis nonnullorum reperitur.

Lilio aſphodelus phæniceus Parkinſ. Lilium cruentum radice Aſphodeli C. B. Junio floret in aliqvibus hortis.

Lilio aſphodelus luteus, coloris aurantii C. B. Cum præcedente.

Lilio narciſſus. Narciſſus liliflorus flore magno J. B. Narciſſus Illyricus, liliaceus C. B. In hortis Aprili & Majo floret.

Narciſſus major, totus luteus, calice longiori C. B. Pſeudonarciſſus Hiſpanicus, aureus, maximus Parkinſ. Bulbocodium Hiſpan. J. B. Merzenbecher. Paſſim initio veris floret in hortis.

Narciſſus major, totus luteus, flore multiplici, pleno C. B. cum præcedente floret in hortis.

Narciſſus albus, circulo purpureo, flore ſimplici C. B.

Nar-

Narciſſus albus flore pleno, C. B. weiſſe Narciſſen, ut præcedentes in hortis menſibus vernis florent.

Narciſſus juncifolius. C. B. Jonqvillæ hortulanorum. Aprili & Majo florent in aliqvorum hortis.

4. QVADRIPARTITA.

Chamænerium ſylvaticum altisſimum Tournef. Lyſimachia ſpecioſa ſylvatica ſiliqvoſa J. B. Krebs-Blumen. Ad ſylvas & fruticeta. Im Nonnen-Puſche. Junio & Julio floret.

Chamænerium glabrum latifolium majus. Lyſimachia ſiliqvoſa glabra major. C. B. Ad rivulos aqvarum in Wůnſchdorff bey der Schreiber-Mühle floret Menſe Julio.

Chamænerium glabrum latifolium minus. Lyſimachia ſiliqvoſa glabra minor C. B. Cum præcedente pasſim naſcitur.

Chamænerium paluſtre, folio ſalicis, molli, anguſto. Lyſimachia ſiliqvoſa anguſtifolia flore purpuraſcente J. B. Delphinium buccinum Dioſcor. Lob. Ad aqvas ſtagnantes, bey Schuſters Lache gegen Kerzdorff.

Chamænerium paluſtre, hirſutum, magno flore. Lyſimachia ſiliqvoſa hirſuta flore magno. C. B. bey der Priorin Mühle in Kertzdorff.

Chamænerium paluſtre hirſutum parvo flore. Lyſimachia ſiliqvoſa hirſuta flore parvo C. B. Ad aqvarum oras bey Steinkirche.

Onagra Rivini. Lyſimachia lutea corniculata C. B. Lyſimachia Virginiana lutea ſiliqvoſa Parkinſ. In acclivibus & montoſis in Wünſchdorff und Logau floret Julio & Auguſto.

Stramoneum. Stramonea major fœtida. Datura major pomo ſpinoſo oblongo Herm. Solanum fœtidum pomo ſpinoſo oblongo flore albo C. B.

Stramoneum. Datura flore purpuraſcente pomo ſpinoſo oblongo C. B. In hortis curioſorum aliqvando alitur.

Stramoneum flore oblongo, albo, pomo aſpero rotundo C. B. Tob-Kraut. Nonnunqvam in hortis olitorum viſitur, & inter purgamenta evellitur; itemqve ad ſepes, hinter dem Leonhardiſchen Garten. Floret menſe Julio.

5. QVINQVEPARTITA.

Alcea veſicaria C. B. Kedmia veſicaria vulgaris flore purpureo Tournef. Alcea ſoliſeqva, Veneta J. B. Bammia Rivini. In hortis curioſorum, menſe Julio & Auguſto floret.

PAR-

PARTIS I. ORDINIS PRIMI CLASSIS III.

Plantarum flore monopetalo regulari ſemine fructui vel baccæ incluſo

I. MONOPYRENÆ.

Laureola Officinarum. Mezereum Germanicum J. B. Chamælæa Germanorum Dod. Thymelæa folio deciduo ſeu Laureola fœmina flore purpureo Tourn. Kellershals vel rectius Kellerſaltz. Primo vere floret in ſylvis im Hohwalde nach Böhmen zu.

Opulus Tournef. Sambucus aqvatica flore ſimplici C. B. Sambucus paluſtris Dod. Schneeballen. Ad ripas aqvarum in Gärten am Qveiß und alten Lauban.

Opulus flore globoſo Tourn. Sambucus aqvatica flore pleno globoſo C. B. Sambucus roſea Lob. Majo & Junio cum præcedente floret in hortis & areis nonnullis ſuburbanis.

Sycioides Americana fructu echinato Tourn. Cucumis Canadenſis monoſpermos fructu echinato Herm. Bryonia Zeylanica hortu-

lanorum. Ex ſemine a Jenenſi horto medico huc mecum allato in qvorundam hortis hodienum floret Julio & Auguſto.

Laurus tinus ſ. ſylveſtris prior J. B. Tinus I. Cluſii. Trapezunt-Kirſche. In hortis curioſorum.

Viburnum Tournef. Lantana vulgo C. B. Schlingbaum. In ſylvis & dumetis menſe Majo floret in Hinckens Grunde.

Viſcum arboreum baccis albis C. B. In variis arboribus, ut qvercu, Eichen-Miſtel, tilia, avellana, ſalice &c. reperitur im Hohwalde.

2. DIPYRENÆ.

Jaſminum vulgare flore albo C. B. Gelſeminum vulgatius. Lob. weiſſer Jaßmin. Cum ſeqventibus Junio & Julio floret in hortis.

Jaſminum Hiſpanicum flore majore externe rubente I. B. humile, magno flore, odoratum C. B. candidiflorum Tabern.

Jaſminum humile luteum C. B. flavum odoratum Moriſ.

Jaſminum luteum, bacciferum vulgo C. B. Trifolium fruticeſcens, Polemonium flore luteo Dodon.

Jaſminum fruticeſcens flore cœruleo C. B.

Hæ

Hæ Jaſminorum ſpecies ab hortorum curatoribus paſſim coluntur.

Rubia ſativa J. B. tinctorum ſativa C. B. Fårber-Röthe. Olim magno numero culta fuit agris, nec leve civibus dedit emolumentum, ſed poſt tricennalis belli infauſta tempora ejus cultura deſiit, vel ad Sileſios tranſiit: reperitur tamen adhuc apud nonnullos poſſeſſores agelli ſuburbani, & floret Junio.

3. TRIPYRENÆ.

Sambucus vulgaris I. B. fructu in umbella nigro itemqve rubro C. B. Hollunder. Ubiqve fere ad ſepes hortorum conſpicitur, floret Majo & ſeqq. menſibus.

Sambucus Hiſpanica, foliis Alceæ profunde inciſis. In horto Dn. Kirchhofii, Pharmacopæi.

4. TETRAPYRENÆ.

Liguſtrum Germanicum C. B. Phyliræa Dodon.

Rhein-Weiden. Floret menſe Junio. In hortis nonnullis.

5. POLYPYRENÆ.

Bryonia aſpera, alba, baccis nigris C. B. nigra Dodon. Vitis alba Lob. Gichtrübe. Ad ſepes Majo & Junio floret.

Capſicum ſiliqvis longis propendentibus recurvis Tourn. Piper Indicum vulgatisſimum C. B. Solanum Capſicum dictum vulgatisſimum Herm. Spaniſcher Pfeffer.

Capſicum ſiliqvis rotundis Tourn. Cum præcedente in hortis curioſorum floret, menſe Junio & Julio.

Cucumis ſativus vulgaris, fructo maturo ſubluteo & albo C. B. vulgaris viridis & albus J. B. Gurcken. Hortulanorum mangonio in hortis copioſe procreſcit & floret æſtate.

Cucumis ſativus longisſimus I. B. flexuoſus C. B. cum præcedente.

Cucumis ſylveſtris, aſininus dictus C. B. Elaterium Rivini. In hortis curioſorum obleɛtationis gratia, qvod fructus maturus manibus attactus contenta impetuoſe projiciat alitur, floret Julio & Junio.

Cucurbita vulgaris foliis aſperis, flore luteo I. B. Kürbiſſe.

Cucurbita Aurantii forma, rotunda, minor C. B.

Cu-

Cucurbita major, inſigni fructu Dod. Cultura hortulanorum abunde coluntur.

Cucurbita lagenaria flore albo, folio molli C. B. Flaſchen-Kürbiſſe. Cum præcedentibus æſtate floret.

Melo vulgaris C. B. Melopepo vulgo. Cucumis Galeni Dod. In hortis curioſorum ſtudioſe coluntur, & avide expetuntur. Melonen.

Halicacabum Rivini. Solanum veſicarium C. B. Alkekengi Tournef. Juden-Kirſchen. Menſe Junio & Julio floret im Schleiff-Grunde.

Lilium convallium Officinarum. Flos convallium Rivin. Lilium convallium album C. B. Mäyen-Blümlein. Nomen jam notat qvo menſe floreat; colitur a qvibusdam in hortis, ſponte tamen creſcit im Holtzwalde.

Lycoperſicum Angvill. Mala aurea odore fœtido, I. B. Aurea mala Dod. Solanum pomiferum fructu rotundo ſtriato. Poma amoris C. B. Liebes-Aepffel. In hortis curioſorum.

Momordica vulgaris Tournef. Balſamina cucumeraria I. B. Balſamina mas ſ. repens rotundifolia C. B. In hortis curioſorum floret Menſe Iulio, ſed raro fruges maturas profert.

 Po-

Polygonatum vulgare latifolium C. B. Sigillum Salomonis I. B. & officinarum. Weißwurtz. Majo & Junio floret in ſylvaticis & umbroſis, im Hohwalde.

Polygonatum latifolium flore majore C. B. oras floris læte picto. Polygonatum latifolium II. Cluſii. Cum priori floret & naſcitur im Holtze bey Lichtenau.

Solanum officinarum acinis nigricantibus C. B. vulgare acinis nigris I. B. Paſſim in olitorum hortis inter purgamenta plantarum & ad ſepes reperitur: floret tota æſtate.

Solanum ſcandens ſ. Dulcamara C. B. Glycypicros ſeu Amaradulcis I. B. Cum præcedente floret am Geſträuche an Wäſſern, bey der Obermühle.

Solanum ſcandens foliis ex albo variegatis ſeu pictis. Moriſ. In aliqvorum hortis.

Solanum bacciferum fruticoſum C. B. Strychnodendros I. B. Pſeudo-capſicum Dod. Amomum Plinii hortulanorum. Corallen-Båumgen. In hortis curioſorum floret Julio & Auguſto.

Solanum ſpinoſum Indicum flore Borraginis. H. R. Par. Solanum foliis & caule ſpinoſis Moriſ. Ex ſemine, qvod Dn. Tſchenſcher Pharmacopœus ex Batavia

via ſub Daturæ nomine ſecum attulit, hic apud nonnullos viget.

Solanum tuberoſum eſculentum C. B. Papas Americanum I. B. Tartuflæ hortulanorum. Weiſſe Erd-Aepffel. A qvibusdam in hortis oleraceis qvotannis coluntur.

Groſſularia vulgatisſima, foliis hirſutis, læte virentibus. Stachelbeeren. Ad ſepes copioſe florent Aprili.

Groſſularia hortenſis fructu majore C. B. ſpinoſa ſativa. Uva criſpa fructu ceraſi magnitudine. I. B. In hortis multorum floret cum præcedente.

Ribes vulgaris acidus, ruber I. B. Groſſularia multiplici acino, non ſpinoſa, hortenſis, rubra, Ribes officinarum. C. B. Johanns-Beer. In hortis menſe Aprili abunde floret.

Ribes vulgaris fructu albo. Groſſularia hortenſis majore fructu albo. C. B. Ut præcedens.

Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente I. B. Groſſularia fructu nigro majore C. B. Cum antecedentibus pasſim.

Vaccinium Rivin. Vitis Idæa Tourn. Myrtillus vulgo Tabern. Vitis Idæa foliis longis, crenatis, fructu nigricante C. B. Blau-Heidel-Beer. In ſylvaticis & ericetis floret Menſe Aprili & Jun.

Vaccinium buxi folio, ſemper virens, fructu rubro. Vitis Idæa foliis ſubrotundis, non crenatis, baccis rubris. C. B. Vitis Idæa ſemper virens, rubro fructu J. B. Preuſſel Beer. Cum præcedente im Hohwalde und Nonnen-Puſche copioſe.

PART. I. ORDINIS I. CLASSIS IV.

Plantarum flore monopetalo irregulari, ſeminibus nudis

I. UNICO.

Dipſacus ſativus C. B. Carduus fullonum ſativus. Lob. Auguſto & Julio floret in hortis, in qvibus ob pannifices copioſe & ſtudioſe colitur, unde & nomen Tuchmacher-Karten.

Dipſacus ſylveſtris ſ. Virga paſtoris major C. B. Labrum Veneris J. B. Ad ſcrobes & ſepes hinter der Schäfferey, beym Gucks-Loche.

Dipſacus ſylveſtris capitulo minore, Virga paſtoris minor. C. B. Dipſacus III. & Galedragon Plinii. Lob. Um Wingendorff, beym grauen Wolffe.

Glo-

Globularia vulgaris Tournef. Globularia Bellidi ſimilis. Aphyllantes Angvill. I. B. Bellis cœrulea caule folioſo. C. B. Per æſtatem floret ad vias & ſemitas in Berzdorff und beym Hennige.

Scabioſa Officin. pratenſis, hirſuta, flore cœruleo C.B. major, hirſuta, folio laciniato J.B. arvenſis, ſegetalis Tabern. Inter ſegetes & in cultis aliis locis copioſe floret menſe Julio & Auguſto.

Scabioſa Offic. pratenſis flore rubente. C. B.

Scabioſa Offic. pratenſis flore albido C. B. Cum præcedente.

Scabioſa capitulo globoſo C. B. minor, vulgaris C. B. In locis ſiccioribus & acclivibus im alten Lauban am Sand-Berge floret Auguſto & Septembri.

Scabioſa ſtellata major, flore laciniato C. B. major, ſemine pulchro, ſpecioſo. J. B. Hiſpanica major ſeu prima Cluſ. In hortis curioſorum floret Julio & Auguſto.

Succiſa hirſuta C. B. Scabioſa folio integro, hirſuta. Tourn. Morſus diaboli Officin. Teuffels-Abbis. Auguſto floret in pratis altioribus gegen Timmendorff.

Valeriana hortenſis Dod. major radice odorata J. B. Pontica Tabern. Baldrian. In hortis oleraceis culta floret Junio & Julio.

Va-

Valeriana ſylveſtris major C. B. Herba benedicta Tabern. In fruticetis am Wege nach Geibsdorff.

Valeriana paluſtris C. B. major, profunde laciniata. In humidis an Teichen und Gräben im Schleiffgrunde.

Valerianella arvenſis, præcox, humilis, ſemine depreſſo Moriſ. Valeriana campeſtris inodora major C. B. Locuſta Rivini. In agris inter ſegetes itemqve in pratis copioſe. German. Rapünzgen vulgo Rebunde. Floret Majo & Junio.

2. SEMINIBUS QVATERNIS.

Ballote Matthiol. Rivin. Marrubium nigrum, fœtidum C. B. flore rubeo purpureo J. B. Schwartz Andorn. Menſe Junio & Julio floret ad ſepes und am Graben vor dem Naumburgiſchen Thore.

Bethonica vulgaris, purpurea Officin. C. B. Braun Bethonien. In pratis ſiccioribus untern Jachandel Berge floret Julio & Auguſto.

Brunella flore minore cœruleo, vulgaris J. B. major, folio non diſſecto C. B. Braunellen. Paſſim in montoſis & ſiccis, ut am Stein-Berge, per æſtatem floret & autumnum.

Bru-

Brunella vulgaris flore albo C. B. Cum priore ſed rarius.

Brunella magno flore cœruleo C. B. prima Cluſii, magno flore patente, folio non laciniato J. B.

Brunella anguſtifolia I. B. foliis hyſſopi C. B. Cum præcedentibus paſſim floret per æſtatem.

Bugula Dod. Conſolida media, pratenſis, cœrulea C. B. Gulden Günſel. In pratis humidioribus & ad fruticeta Majo menſe floret, im Schleiff-Grunde.

Chamædrys minor repens, Offic. C. B. Gamander. Occurrit im Hohwalde nach Böhmen zu, floret Junio.

Calamintha Offic. germanica, vulgaris C. B. magno flore J. B. montana Dod. In hortis aliqvando Majo & Junio floret.

Clinopodium qvorundam Origani facie J. B. elatius, Origano ſimile C. B. Ad ſylvarum vias & in acclivibus, im Nonnen-Puſche gegen Hennersdorff.

Echium vulgare C. B. Alcibiadeum Dodon. aſperifolium. In locis ſiccis aſperis auffm Steinberge floret Majo menſibusqve ſeqventibus.

Echioides flore albo Rivin. Lithoſpermum arvenſe rad. rubra C. B. nigrum, flore albo, ſemi-

ſemine Echii. J. B. Bugloſſum arvenſe, annuum, Lithoſpermi folio Tourn. Meer-Hierſe. Paſſim inter ſegetes beym Junckers-Berge floret Junio.

Galeopſis procerior, fœtida, ſpicata Tournef. Urtica heraclea Tabern. Lamium ſylvaticum maximum C. B. Stachys ſylvatica Rivin. Ad vias & margines circa domus menſe Majo floret in Kerzdorff. &c.

Galeopſis procerior cauliculis aculeatis, flore purpuraſcente Tourn. Cannabis ſylveſtris qvorundam, Urticæ inerti affinis J. B. Ad ſepes & dumeta Majo & Junio floret bey Logau und Wünſchdorff.

Galeopſis altera culiculis aculeatis, flore flaveſcente Tourn. Cannabis ſpuria flore majore Riv. Galeopſis anguſtifolia flore eleganter variegato. Ad ſepes & dumeta ut prior, in Timmendorff.

Galeopſis flore luteo. Urtica iners J. B. Lamium folio oblongo flore luteo C. B. Menſe Majo & Junio floret in fruticetis & ſylvaticis in Heinckens Grunde.

Hedera terreſtris Officinarum, vulgaris C. B. Corona terræ Lob. Calamintha humilior folio rotundo Tourn. Chamæciſſus Rivin. Gunderman. Floret Aprili & Majo ad ſepes & vias, itemqve in cultis copioſe.

Hor-

Horminum pratenſe, latifolium, verticillatum C. B. ſylveſtre III. Cluſii. Gallitricho affinis planta J. B. In hortis nonnullorum Junio & Julio floret.

Hyſſopus officinarum ſpicata, flore cæruleo C. B. Jſop, vulgo Eyſewitt. In hortis plurimis per æſtatem floret.

Hyſſopus vulgaris, flore rubeo C. B.

Hyſſopus vulgaris, flore albo C. B. Cum præcedentibus paſſim reperitur.

Lamium vulgare, non fœtens, flore albo. Archangelica Parkinſ. Lamium primum Dod. fol. oblongo, non fœtens C. B. Galeopſis ſ. Urtica iners flore albo J. B. Taube Neſſel. Ad ſepes paſſim & margines agrorum im alten Lauban, per æſtatem & autumnum floret.

Lamium purpureum, non fœtens, folio oblongo C. B. Galeopſis ſ. Urtica iners flore purpuraſcente, majore, folio non maculato. C. B. Jn Kießlingswalde bey der Kirche.

Lamium fœtidum purpureum, folio ſubrotundo. Galeopſis Dioſcor. C. B. Urtica iners III. folio & flore minore J. B. In cultis & oleraceis hortis copioſe.

Lamium folio caulem ambiente, minus. C. B. Galeopſis foliis caulem ambientibus Riv.

Al-

Alſines ſpecies Tabernæm. Morſus gallinæ folio hederulæ alter Lob. Ad ſepes & rudera murorum. In Berzdorff am Hofe.

Lavendula latifolia flore cæruleo C.B. Pſeudonardus, Lavandula vulgo dictus. J. B. Spica Officinar. Spick. In hortis variorum floret menſibus Majo & Junio.

Lavendula latifolia flore albo. C. B. Cum præcedente.

Lavendula anguſtifolia C. B. mas, Officinarum Dodon. Lavendel. In hortis itidem colitur, floret Majo & Junio.

Lavendula folio diſſecto C. B. multifido I. B. Cum præcedente, ſed rarius reperitur.

Majorana vulgaris Officinar. C. B. folio majore, annua I. B. Majoran. In hortis ſeritur copioſe, floret Auguſto menſe.

Majorana tenuifolia C. B. tenuior & lignoſior I. B. In hortis itidem colitur.

Majorana perennans vulgo. Origanum heracleoticum. Cunila gallinacea Plin. C. B. Winter-Majoran. In hortis pariter ſeritur & floret c. præcedentibus.

Marrubium album vulgare C. B. Praſium album Tabern. Weiß Andorn. Junio & Julio floret ad ſepes, an der Kirch-Mauer zu Holtzkirch.

Mar-

Marrubium Cardiaca dictum, forte primum Theophraſti C. B. Cardiaca J. B. Hertzgeſpan. Ad ſepes hortorum in Kerzdorf, Julio & Auguſto floret.

Marum odoratum Cortuſi J. B. Chamædrys incana, maritima, fruteſcens, foliis lanceolatis. Tourn. in hortis curioſorum alitur.

Meliſſa ſativa, hortenſis, C. B. vulgaris, odore citri J. B. Meliſſen. In hortis paſſim colitur, floret Junio.

Meliſſa turcica Tabern. peregrina folio oblongo C. B. Moldavica Bethonicæ folio, flore cœruleſcente Tourn. Cedronella Riv. Cum præcedente colitur in hortis.

Meliſſa moluccana, odorata C. B. Molucca lævis Dodon. In hortis curioſorum.

Mentha rotundifolia, ſpicata, folio criſpo C. B. Mentha altera Dod. Krauſemüntze. In hortis vulgi copioſe alitur, floret Junio & Julio.

Mentha rotundifolia, ſpicata, paluſtris, aqvatica major C. B. Siſymbrium Chabr. Dod. Calamintha aqvatica Tabern. Ad aqvas ſtagnantes & rivulos, an der Schreiber-Bach ꝛc.

Mentha paluſtris folio oblongo C. B. Menthaſtrifoliæ aqvaticæ genus hirſutum ſpica latiore I. B. Calamintha III. Dioſcor. In umbroſis fruticetis, am Waſſer im Schleiffgrunde.

Mentha ſylveſtris foliis longioribus nigricantibus & minus incanis C. B. Mentha ſpicata folio acuto, glabro, nigriori I. B. Ad agrorum margines; in Steinkirche.

Mentha cattaria major, vulgaris C. B. Herba cattaria Tourn. Nepeta Rivin. Katzen-Kraut. In hortis ſuburbanorum qvorundam floret Junio & Julio.

Menthaſtrum folio rugoſo, rotundifolium, ſpontaneum, flore ſpicato, odore gravi I. B. Mentha ſylveſtris folio rotundo C. B. Ad ſepes in Schreibersdorff und beym Junckers-Berge im halben Dorffe.

Ocymum medium, latifolium, criſpum C. B. Baſilicum ſativum, odoratum J. B. Baſilien-Kraut. In hortis curioſorum floret Junio.

Ocymum caryophyllatum, majus. C. B. Cum præcedente.

Origanum vulgare, ſpontaneum J. B. ſylveſtre Dod. Cunila bubula Plin. Doſten. In ſylvis pasſim floret Julio & Auguſto, im Holtzkircher Puſche.

Pulegium latifolium C. B. vulgare, regium qvibusdam. Mentha aqvatica Tournef. Poley. In uvidis & humidis agris floret Auguſto, hinter dem Leonhardiſchen Garten.

Roſmarinus hortenſis, folio anguſtiore C. B. coronarius, fruticoſus, nobilior J. B. Libanotis coronaria antiqvorum. Roßmarin. Menſe Junio in hortis floret.

Roſmarinus aureus, ſtriatus. Park. folio variegato Tourn. In curioſorum viridariis.

Salvia latifolia, major, ſativa C. B. latifolia flore purpureo aut albo. I. B. Eleliſphacus Dioſc. Garten-Salbey.

Salvia latifolia, foliis pictis, verſicoloribus. C. B. Salvia aurea, ſeu argentea hortulanorum.

Salvia perelegans Belgarum tricolor Herm.

Salvia minor, aurita, hortenſis. C. B. auriculata I. B.

Salvia minor non aurita C. B.

Hæ Salviarum ſpecies abunde paſſim in hortis vulgaribus & curioſorum reperiuntur, in qvibus Junio & Julio florent.

Satureja ſativa hortenſis. C. B. Cunila ſativa Plinii. Seritur in hortis floretqve per æſtatem.

Scordium Officin. C. B. Chamædrys paluſtris, caneſcens Tourn. Triſſago paluſtris Lob. Scordien, Waſſer-Knoblauch. In uliginoſis

auf denen Brüchtrichen, im Hohwalde. Itemqve in horto pharmacevtico Kirchhofiano.

Serpillum vulgare majus, flore purpureo & albo C. B. Qvendel. Ad vias publicas, in acclivibus paſſim, æſtate floret & autumno.

Serpillum vulgare minus, flore purpureo & albo C. B. In montoſis & acclivibus; Am Steinberge ꝛc.

Serpillum anguſtifolium, hirſutum C. B. folio lanuginoſo. I. B. Pannonicum III. Cluſii. Weiſſer Qvendel. In hortis graminiferis & inter fruticeta: Am Jachandel-Berge.

Serpillum citri odore C. B. citratum Riv. Juxta vias cum vulgari, ſed rarius. In Kerzdorff bey der Priorin Mühle.

Sideritis Officin. pratenſis, vulgatiſſima, foliis hirſutis profunde crenatis C. B. Herba Judaica Dod. Tetrahit herbariorum. Lob. In pratis & ſylvaticis floret Junio, auf denen Holtzkircher Feldern.

Tertianaria. Lyſimachia galericulata I. B. Gratiola cœrulea C. B. Caſſita paluſtris vulgatior Tourn. Ad aqvarum ripas, beym Wehrd in Wünſchdorff, um die Papel-Schencke.

Ter-

Tertianaria flore albo. Cum antecedente, ſed raro.

Thymus vulgaris, folio latiore C. B. hortenſis, Officinarum, durior, vulgo Dod. Deſmuth. In hortis copioſe colitur, per totam fere floret æſtatem.

Verbena communis flore cæruleo C. B. vulgaris officinarum I. B. recta Dod. ſacra, recta Lob. Eiſen-Kraut. Ad ſepes & in arvis zu Bertsdorff und Seibsdorff copioſe, Junio & Julio floret.

Verbena communis flore albo. C. B. Cum præcedente, in Kießlingswalde ad ſepes pasſim.

Partis I. Ordinis I. Classis V.

Plantarum flore monopetalo irregulari, ſeminibus in capſula

1. SIMPLICI.

Millefolium aqvaticum flore galericulato Lob. lenticulatum C. B. Fœniculum aqvaticum galericulatum Tabern. Lentibularia Riv. Intra piſcinias & ſtagnantes aqvarum rivulos. In der Kerzdorffer Lache.

2. BIPARTITA.

Antirrhinum vulgare I. B. majus, ſativum, folio longiore, flore rubro purpureo C. B. In hortis curioſorum Junio & Julio floret.

Antirrhinum vulgare, flore albo C. B. Cum præcedente.

Antirrhinum pratenſe minus C. B. anguſti-folium, ſylveſtre I. B. Phytevma Dodon. Dorantḫ. Ut præcedentes colitur.

Beccabunga Officinarum. Veronica aqvatica major, folio ſubrotundo Moriſ. Anagallis aqvatica major, folio ſubrotundo C. B. aqvatica flore cæruleo I. B. Bachbungen. Tota æſtate floret in uliginoſis & humidis locis; Im Schleiff-Grunde.

Beccabunga minor, folio ſubrotundo. Veronica aqvatica folio ſubrotundo Moriſ. Anagallis aqvatica, flore cœruleo, folio rotundiore minore I. B. Ut præcedens um die Bretmühle.

Beccabunga, folio oblongo. Veronica aqvatica major, folio oblongo Moriſ. Anagallis aqvatica major, folio oblongo C. B. Im Heinckens Grunde an den Bächlein.

Beccabunga folio oblongo minor. Veronica aqvatica minor, folio oblongo Moriſ. Anagallis aqvatica minor, folio oblongo C. B. In Holzkirche bey der Sandmühle.

Blat-

Blattaria lutea, folio oblongo, laciniato. C. B. Motten-Kraut. In hortis curioſorum æſtate floret. Nonnunqvam etiam albi vel rubri coloris viſitur.

Criſta galli lutea, major, elatior, calice hirſuto, mas I. B. Pedicularis pratenſis, lutea, erectior Tourn. gelber Hahnen-Kamm. In pratis & agrorum marginibus paſſim; beym Gerichte.

Criſta galli anguſtifolia, montana, ſerotina C. B. In apricis, acclivibus, am Jachandel-Berge. Floret Julio & Auguſto.

Criſta galli pratenſis, major, flore rubro C. B. Pedicularis paluſtris, rubra, elatior Raj. In humidis & paludoſis, um die Leim-Gruben am Steinberge.

Criſta galli humilior J. B. Pedicularis pratenſis purpurea, C. B. Fiſticularia multorum. Läuſe Kraut. Hinter der Lieb-Frauen-Kirche nach dem Steinberge.

Digitalis ſativa, purpurea J. B. folio aſpero C. B. Fingerhut. In hortis curioſorum floret Junio & Julio.

Digitalis flore ferrugineo, latifolia Herm.

Digitalis flore albo, latifolia C. B. Cum præcedentibus paſſim exornant hortos.

Euphraſia Officinar. C. B. Augentroſt. In

montoſis aridisqve arvis, am Steinberge und Jachandelberge, bey der Ober-Mühle.

Euphraſia ramoſa, pratenſis, flore albo. C. B. In pratis & agrorum marginibus abunde floret Julio & Auguſto.

Hyoſcyamus vulgaris Officin. J. B. niger Dodon. Bilſen-Kraut, Bilſen-Saamen. Juxta vias & ad ſepes im halben Dorffe und alten Lauben, Majo & Junio floret.

Hyoſcyamus vulgaris albus, minor C. B. In Holtzkirch bey dem Kirchhofe.

Linaria vulgatior, pumila, arvenſis, lutea Tournef. Antirrhinum arvenſe minus C. B. Frauen-Flachs, ad ſepes & vias paſſim in Bertsdorff gegen dem Hofe.

Linaria Apula, cœrulea, trifoliata J. B. triphylla, cœrulea C. B. In hortis curioſorum.

Melampyrum coma purpuraſcente C. B. Triticum vaccinum J. B. Wachtel-Weitzen. Ad frutices & dumeta in Heinckens-Grunde floret Julio & Auguſto.

Melampyrum coma cœrulea C. B. Parietaria Lipſienſium Tragi. Melampyrum ſylvaticum Riv. An denen Sträuchen bey Timmendorff.

Melampyrum luteum latifolium C. B. montanum Rivin, Parietaria ſylveſtris II. Cluſii.

Mili-

Milium ſylvaticum Tabern. Cratæogonon Lob. Im Hohwalde nach Holtzkirche.

Odontites Rivini. Euphraſia pratenſis rubra C. B. parva purpurea J. B. Pedicularis ſerotina, flore purpuraſcente Tourn. Hintern Hennige nach Seiffersdorff auf rauhen Plätzen, floret Julio & Auguſto.

Scrophularia fœtida, nodoſa C. B. vulgaris, major J. B. Braunwurtz. Ad ſepes & in areis ruſticis, copioſe in Kerzdorff, Majo & Junio floret.

Verbaſcum luteum, latifolium, mas C. B. latius Dod. vulgare, flore lutéo magno, folio maximo I. B. Candela regia Lobel. Königs-Kertz. In Cœmiteriis & arvis paſſim menſe Julio floret.

Verbaſcum nigrum, flore parvo, apicibus purpureis J. B. In marginibus & ripis áqvarum. Am Qveiſſe.

Veronica Officin. vulgatisſima, ſupina, mas C. B. mas ſerpens Dod. major Septentrionalium Lob. Ehrenpreiß. Majo & Junio floret in apricis ſylvaticis. Im Hohwalde, auch nach dem Hennige.

Veronica ſupina, folio Teucrii Tourn. Alyſſum montanum Dioſc. bey Welckersdorff.

Veronica minor, foliis imis rotundioribus Moriſ. Chamædrys ſpuria, minor, rotundifolia

 C. B.

C. B. Teucrium ſpurium, ſupinum, pratenſe chamædryoides Lob. In pratis & ad ſepes marginesqve hortorum abunde, Majo Junio & Julio floret.

Veronica anguſtifolia ſcutellata. Anagallis aqvatica Chabræi, anguſtifolia ſcutellata C. B. In Heinckens Grunde.

Veronica verna, folio qvinqvefido ſ. trifido Tourn. Veronica Rutæ folio Riv. Alſine triphyllos cærulea C. B. In acclivibus agrorum. Am Steinberge.

Veronica foliis Cymbalariæ Tourn. Alſine Hederæ folio C. B. Alſine ſpuria prior ſ. morſus gallinæ Dod. In cultis & agris paſſim, ut & inter purgamenta hortorum.

Veronica foliis Chamædryos Rivin. Alſine chamædryfolia, floſculis oblongis pediculis inſidentibus J. B. In agris & hortis graminiferis.

Veronica pratenſis folio Serpilli C.B. Betonica Paulli Serpilli folio J. B. In pratis & apricis, am Nonnen-Puſche floret Aprili & Majo.

3. TRIPARTITA.

Aloë vulgaris Officinarum C. B. hortenſis J. B. In hortis curioſorum alitur, verum huc usqve apud nos nondum floruit.

Gla-

Gladiolus germanicus, floribus uno verſu diſpoſitis C. B. Victorialis rotunda officinarum Tourn. Schwerdtel. Junio & Julio floret in hortis.

Gladiolus albo flore. Rarius cum præcedente.

Trachelium hortenſe Tourn. Flos Cardinalis Rivini & hortulanorum. In hortis curioſorum.

4. QVADRIPARTITA.

Agnos Dioſcor. Vitex Rivin. & aliorum. Agnus caſtus Officinar. foliis anguſtioribus Cannabis C. B. Keuſchlamm. In hortis curioſorum Junio & ſeqq. menſibus floret.

5. MULTIPARTITA.

Ariſtolochia longa Officin. Clemmatis recta C. B. Saracenica Dod. multiflora Riv. In horto Kirchhofiano.

Ariſtolochia rotunda Offic. C. B. flore ex purpura nigro J. B. In hortis & ſponte in Mittel-Timmendorff beym Hofe.

PART.

PARTIS I. ORDINIS I
CLASSIS VI.
Plantarum flore monopetalo irregulari, ſemine in bacca

I. MONOPYRENA.

Periclymenum vulgare, Germanicum, non perfoliatum C. B. Caprifolium flore candido ſubluteo Tourn. Je länger ie lieber. In hortis variis, & ad nonnullos parietes intra & extra urbem, tota floret æſtate.

Periclymenum perfoliatum, ſerotinum, ſpecioſius. C. B. Caprifolium Germanicum flore rubello Broſſardi.

Periclymenum Virginianum perfoliatum, ſemper virens & florens Rivini. Cum præcedentibus floret paſſim.

2. POLYPYRENA.

Arum vulgare, non maculatum C. B. Zingiber germanicum vulgo. Deutſcher Jngver, Pfaffenpint.

Arum

lrum vulgare, folio macula nigra vel candida notato. C. B. In hortis aliqvorum Majo & Junio floret.

Cum plantæ dipetalo flore huc usqve nobis hic locorum nondum innotuerint, ad tripetala progrediamur. Sic erit

PARTIS I. ORDINIS II. CLASSIS I.

Plantarum flore tripetalo regulari ſeminibus nudis

I. UNICO.

Acetoſa pratenſis Officinar. C. B. Lapathum, Oxalis vulgaris I. B. Sauerampffer. In pratis & agris copioſe floret Majo & ſeqq. menſibus.

Acetoſa pratenſis folio criſpo C. B. In pratis & uvidis um die Brettmühle.

Acetoſa arvenſis minima, lanceolata C. B. Auf denen Bleichplänen.

Acetoſa arvenſis minima, non lanceolata C. B. Oxalis minima II. Tabern. In arenoſis & aſperis, aufn Steinberge. Lapa-

Lapathum folio acuto plano C. B. Oxylapathum J. B. Grind-Wurtz. In pratis & agrorum marginibus, bey der Ziegelſcheune, per æſtatem & autumnum floret.

Lapathum folio acuto criſpo C. B. Lapathum criſpum. In aſperis & incultis beym Gerichte.

Lapathum folio acuto rubente C. B. Sangvis draconis herba I. B. Drachen-Blut. In hortis aliqvorum.

Lapathum acutum minimum C. B. Ad ſepes & muros ædium, beym Berzdorffer Hofe.

Lapathum ſylveſtre magnum, vulgare J. B. Hippolapathum ſylveſtre. Im Puſche nach Timmendorff.

Lapathum aqvaticum folio cubitali C. B. paluſtre majus Tabern. Ad aqvas ſtagnantes wie bey der Saltz-Lache aufn Schieß-Plan.

Lapathum aqvaticum minus J. B. Hydrolapathum minus Tabern. An der Bach bey der Bret-Mühle.

2. TERNIS.

Juncago Tourn. Triglochim Rivin. Gramen ſpicatum junceum C. B. Gramen Hyacinthi parvi ſpecie: Triglochim J. B. In cultis & pratis, paſſim floret Majo & Junio.

3. SE-

3. PLURIMIS.

Plantago aqvatica latifolia C. B. Ranunculus paluſtris, plantaginis folio ampliore Tournef. Aliſma latifolium Rivin. Froſch-Blätter, Waſſer-Wegrich. In udis & paludoſis, an der Saltzlache gegen Berzdorff.

Plantago aqvatica anguſtifolia C. B. minor Tabern. Ranunculus paluſtris plantaginis folio anguſtiore Tournef. Aliſma anguſtifolium Riv. Cum præcedente, & bey denen Thon-Gruben.

4. SEMINIBUS IN CAPSULA MULTIPARTITA.

Aſarum commune Officinarum J. B. Haſel-Wurtz. In ſylvis Aprili & Martio floret im Hohwalde nach Margliſſa, item nach Linda.

PARTIS I. ORDINIS II. CLASSIS II.

Plantarum flore tripetalo irregulari, ſemine in capſula

BIPARTITA.

Polygala vulgaris flore cœruleo J. B. recentiorum Lob. Flos ambarvalis Dodon. Creutz-

Blü-

Blümlein, Ramſel. In locis apricis, acclivibus & ſiccioribus beym Cäppel-Berge, floret Majo, Junio & ſeqq.

Polygala vulgaris flore albo J. B.

Polygala vulgaris flore rubro. J. B. Cum præcedentibus in aſperis montoſis, ut am Steinberge, læte naſcitur.

PART. I. ORDINIS III.

CLASSIS I.

Plantarum flore tetrapetalo regulari, ſemine nudo

I. UNICO.

Alchimilla vulgaris Officinar. C. B. Pes leonis J. B. Frauen-Mantel. In arvis & campis am Steinberge auch in Graſe-Gärten floret Majo, Junio.

Alchimilla minima montana Columm. Chærephyllo non nihil ſimilis C. B. Inter ſegetes in agris aſperioribus apricis, hinter dem Cäppel-Berge, floret cum præcedente.

Rapiſtrum arvenſe, folio acuto auriculato Tourn. Myagro ſimilis, ſiliqva rotunda C. B. In agris inter ſegetes auf Lein- und Gerſten-Aeckern, Junio & Julio floret.

2. SE-

:. SEMINIBUS QVATERNIS.

Potamogeton foliis pennatis Tourn. Millefolium aqvaticum, pennatum, ſpicatum C. B. Majo & Julio floret im alten Lauben, im Bächlein hinter der Bretmühle.

Tormentilla ſylveſtris C. B. Officinarum. Tormentill, Steinwurtz. Menſe Julio & Auguſto floret in ſiccioribus & montoſis hintern Steinberge, auch im Hohwalde.

Tormentilla radice repente Tourn. Pentaphyllum viride, minus, radiculas e geniculis demittens J. B. Ad valles umbroſas, am Nonnen-Puſche.

PARTIS I. ORDINIS III. CLASSIS II.

Plantarum flore tetrapetalo regulari ſemine in capſula

I. SIMPLICI.

Chelidonium majus, vulgare, officinarum C. B. Chelidonia J. B. Hirundinaria major Lob. Blut-Kraut, Schöll-Kraut. Ad ſepes & parietes hortorum copioſe; vere & æſtate floret.

Chryſoſplenium floribus auriculatis Tourn. Saxifraga aurea J. B. Alchimilla rotundifolia aurea dicta Herm. Saxifragia rotundifolia hirſuta C. B. Gulden Steinbrech. In uliginoſis & umbroſis ſylvaticis Aprili & Majo floret im Hohwalde copioſe.

Glaucium flore luteo Tourn. Papaver corniculatum luteum C. B. majus Dodon.

Glaucium flore phœniceo hirſutum Tourn. Papaver corniculatum rubrum Dod. Gehörnter Mahn. In hortis curioſorum utrumqve naſcitur.

Papaver ſativum, hortenſe, flore ſimplici ſemine albo Dioſc. C. B. Garten-Mahn. In hortis vulgi ſeritur, & hinc ſponte ſæpius provenit, unde & Läuffer vocatur.

Papaver ſativum, nigrum Dod. hortenſe, nigro ſemine C. B. In hortis vulgi cum antecedente viſitur floretqve Junio.

Papaver criſtatum, flore & ſemine albo C. B. fimbriatum aliis J. B.

Papaver hortenſe, flore pleno, coloris violacei, albi, nigricantis, miniati, &c. Voller Mahn.

Papaver criſtatum, flore pleno, coloris varii C. B.

In

In hortis aliqvorum lætiſſimum oculis colorum varietate præbent ſpectaculum Menſ. Junio, Julio & Auguſto, dum florent.

Papaver erraticum majus, rhœas, flore ſimplici Dioſc. C. B. campeſtre rubrum I. B. Klatſch-Roſen. In agris ſponte hinter den Cöppel-Berge; ſeritur qvoqve in hortis.

Papaver erraticum minus C. B. Inter ſegetes & ad agrorum margines, petalis fugacisſimis, procreſcit, gegen Wünſchdorff.

Papaver erraticum, flore pleno miniato C. B.

Papaver erraticum, flore pleno ruberrimo, fimbria argentea cincto. Hortos curioſorum exornant, florentqve Junio & Julio.

Plantago latifolia, lævis Lob. glabra C. B. major Officinarum, Wegrich. Copioſe ad ſemitas & vias tritas procreſcit.

Plantago anguſtifolia, minor C. B. lanceolata I. B. In pratis & arvis hortisqve gramineis, aufn Steinberge und an denen Reyhnen, per omnem æſtatem floret cum præcedente.

Plantago roſea, latifolia, flore expanſo C. B. In hortis curioſorum aliqvando reperitur.

Raphanus major, orbicularis, rotundus C. B. Radicula ſativa Dodonæi.

Raphanus major oblongus, cortice albo au nigro C. B. Rettich. Cum priore ſeritur in hortis & agris aliqvando; florem edi Julio.

Raphanus minor oblongus C. B. dulcis, Radicula ſativa, minor Dodon. Radießgen In hortis olitorum ſtudioſe ſeritur & alitur.

Raphaniſtrum ſegetum, flore luteo & pallido Tourn. ſiliqva glabra, articulata Raji Hederich. Freqventius in Gerſt-und Haber Aeckern, floret Junio & Julio.

Spergula perennis, repens, læte virens, folii gramineo. Alſine puſilla, graminea C. B Saxifraga graminea, puſilla Raj. Caryophyllus minimus, muſcoſus, noſtras Parkinſ. A vias & tramites marginesqve agrorum nach Lichtenau.

Spergula annua, graminea, obſcure viren Tourn. Saxifraga Anglicana alſinifolia Morii Ad arborum caudices & ſaxa muſco obducta im Hohwalde.

2. BIPARTITA EAQVE

(a. LONGIORE.

Braſſica alba, capitata C. B. capitata, albid Dodon. Weiß-Kraut, Kopff-Kohl.

Bra

Braſſica alba, vulgaris I. B. viridis, aperta, lævis Moriſ. Weiß Kohl. Grüner Kohl.

Braſſica alba, criſpa C. B. Sabauda, rugoſa J. B. Krauß-Kohl.

Braſſica rubra, capitata C. B. Dod. Roth Kraut.

Braſſica caule rapum gerens Dodon. Caulorapa J. B. Gongylodes. C. B. Kohlrübe.

Braſſica fimbriata C. B. laciniosa I. B. tophacea Tabern. criſpa Dodon.

Prædictæ Braſſicarum ſpecies copioſe in agris & hortis oleraceis qvotannis coluntur in uſum culinarem.

Braſſica cauliflora C. B. multiflora, I. B. florida, botrytis Lob. Blumen-Kohl, Carviol. In hortis ditiorum habetur.

Braſſica campeſtris, perfoliata, flore albo C. B. Perfoliata ſiliqvoſa J. B. In cultis & agris paſſim, in Kießlingswalda.

Cardamine pratenſis, flore magno, purpuraſcente Tourn. Naſturtium pratenſe, magno flore C. B. Iberis Fuchſii. Flos cuculi. In pratis uvidis & aqvoſis, bey der Ziegel-Scheune, auch in denen Gärten aufn Niclaus Graben.

Cardamine elatior, flore majore Tourneſ. Siſymbrium Cardamine ſ. Naſturtium aqvaticum majus & minus C. B. In paludoſis: im Niclaus-Graben, wie auch bey denen Bächlein in Kerzdorff.

Cheiri luteum vulgare. Levcojum luteum flore ſimplici J. B. Gelbe Veilgen. In hortis plurimis floret Aprili, Majo, Junio.

Cheiri luteum, flore pleno, majus vel minus C. B. Gulden-Lack. In hortis penſilibus paſſim.

Cheiri incanum majus C. B. Levcojum hyemale & diu durans, floribus albis J. B. In hortis cum præcedente.

Cheiri purpureum ſeu flore rubro C. B. Levcojum incanum, purpureum, hyemale Tabernæm. Levcojen.

Cheiri flore albo, pleno, odoratisſimum. Levcojum album, odoratisſimum, folio viridi C. B. hyemale, flore albo, folio viridi & glabro.

Cheiri flore atro-purpureo, pleno. Cum præcedentibus in hortis curioſorum locum obtinet.

Cheiri luteum magno flore. Levcoium luteum petalis rubentibus C. B. In hortis curioſorum.

Eruca vulgaris, arvenſis, major, lutea, caule aſpero C. B. ſylveſtris Dod. inodora J. B.

Inter-

Inter ſegetes copioſe creſcit, & ad hortorum ſepes paſſim.

Eruca folio rapi. Sinapi rapi folio C. B. ſiliqva latiuscula, ſemine rufo I. B. Sinapi ſativum vulgo. In agris cultis, bey Schreibersdorff.

Eryſimum vulgare C. B. floſculis luteis, juxta muros proveniens J. B. Verbena fœmina. Irio Tabern. Ad ſepes & ſemitas, hinter dem Brüder-Brunn.

Heſperis hortenſis C. B. tertia Cluſii. Viola matronalis vulgo, hortulanorum, Geſneri, flore candido ſimplici, Nacht-Viole.

Heſperis hortenſis, flore purpureo ſimplici C. B.

Heſperis hortenſis, flore pleno albo ſvaviter olente C. B.

Heſperis hortenſis, flore pleno purpureo ſvaviter olente C. B.

Has Heſperidum ſpecies, & nonnunqvam plures, Curioſorum horti copioſe monſtrant.

Heſperis montana, pallida, odoratisſima C. B. colore inelegante ſeu obſoleto J. B. Levcojum melancholicum, odore ſub veſperam ſvavisſimo Herm. In hortis curioſorum cum præcedente.

Heſperis allium redolens Moriſ. Alliari[a] Matthiol. C. B. Knobloch-Kraut. Ad hor[-]torum ſepes & margines acclives in pagi[s] viſitur, ut in Steinkirch.

Rapa ſativa, oblonga, fœmina C. B. rapum ſativum J. B. Rüben. Per agros late ſeritu[r] in pagis.

Sinapi ſiliqva hirſuta, folio apii C. B. album ſemine albo & rufo J. B. ſativum alterum Dod. Weiſſer Senff. Ab olitoribus coli[-]tur, & qvandoqve ſponte creſcit inter ſe[-]getes.

Siſymbrium aqvaticum. Cardamine. Naſtur[-]tium aqvaticum C. B. Naſturtium ſupinum J. B. Brunn-Kreſſe. Ad fontes & ſcaturi[-]gines. An denen Qvellen und Bächlein im Walde. Majo & Junio floret.

Siſymbrium flore luteo, folio Erucæ glabro Tourn. Eruca lutea C. B. Naſturtium hye[-]male. Barbarea vulgo. J. B. Winter-Kreſſe. In hortis graminiferis & ad fruticeta paſſim. Im Schleiff-Grunde.

Siſymbrium flore luteo, folio Erucæ, flore pleno Tourn. Barbarea flore pleno J. B. In hortis aliqvibus cum præcedente floret Majo & Junio.

Siſymbrium annuum, foliis Abſinthii tenuiſ[-]ſime inciſis Tourn. Accipitrina Rivini.

Sophia

Sophia Chirurgorum Lobel. Naſturtium ſylveſtre, tenuisſime diviſum C. B. Seriphium Germanicum J. B. Ad parietes & muros ædificiorum, aufn Kirchhofe und an denen Wegen.

Turritis vulgaris ramoſa Tourn. Piloſella ſiliqvata Thalii. Burſæ paſtoris ſimilis ſiliqvoſa major C. B. Myriophyllum flore luteo Moriſ. In agris et cultis varie an Rheynen nach Geibsdorff bey Neukretſcham.

Turritis Levcoji folio Tourn. Myagrum ſiliqva longa C. B. Myagro affinis ſiliqvis longis J. B. In agris fertilibus noviter cultis, in Kraut- und Flachs-Landen, floret Junio & Julio.

b) LATIORE.

Bulbonac annuum, ſiliqva rotundiore, flore purpureo Tourn. Viola lunaria major, ſiliqva rotunda C. B. Levcojum lunatum vel lunarium latifolium majus, annuum, ſiliqva rotunda, flore ſubcœruleo Moriſ. Lunaria Græca qvibusdam. Silberblat. In hortis curioſorum floret Majo & Junio.

c) BREVIORE.

Alyſſum vulgare, folio Polygoni, caule nudo Tourn. Burſa paſtoris minor, loculo oblongo, foliis trifidis aut multifidis Moriſ. In

 ſicci-

ſiccioribus & apricis. Aufn Graben beym Korn-Hauſe.

Alyſſum fruticoſum, incanum Tourn. Thlaſpi incanum Machlinienſe Lobel. Ad vias juxta frutices & dumeta, beym Jachandel-Berge.

Alyſſum ſegetum, foliis auriculatis Tourn. Myagrum ſativum, ſiliqva breviori C. B. Leindotter. Inter ſata lini Junio & Julio floret.

Alyſſum minimum Cluſii, incanum, luteum, folio ſerpilli, minus Tourn. Thlaſpi alyſſum dictum campeſtre C. B. In aſperis & ſiccis, aufn Steinberge und im Hohwalde.

Armoracia Rivini, Raphanus ruſticanus radice longa & craſſa, foliis Lapathi Lob. ſylveſtris ſeu Armoracia multis J. B. Cochlearia, folio cubitali Tourn. Meer-Rettich, Krien vulgo. Ab olitoribus in hortis freqventer colitur; floret qvidem, ſed ſemina non perficit aut rariſſime.

Burſa paſtoris, major, folio non ſinuato C. B. major, capſula cordata, foliis non ſinuatis Moriſ. Täſchel-Kraut. Hirten-Seckel.

Burſa paſtoris, major, folio ſinuato C. B. major, folio laciniato Moriſ. Cum præcedente ad margines viarum & agrorum vere & æſtate floret.

Bur-

Burſa paſtoris, minor, foliis inciſis C. B. Ad ſepes & acclivia, juxta vias pasſim. In Schreibersdorf bey E. E. Raths Vorwercke.

Cochlearia J. B. ſativa, folio ſubrotundo C. B. major Batavica, folio ſubrotundo Moriſ. Löffelkraut. In hortis nonnunqvam ſeritur, altero demum floret anno Majo & Junio.

Iberis naſturtii folio C. B. Naſturtium ſylveſtre, tenuiter inciſum, fructu minore Tourn. Ad vias & in arvis neglectis, am Waſſer auf der Schießwieſe.

Lepidium latifolium ſativum C. B. latifolium ſerratum Herman. Piperitis Tabern. & hortulanorum. Pfeffer-Kraut. In hortis curioſorum colitur, floret Julio & Auguſto.

Naſturtium hortenſe, vulgare, latifolium C. B. ſativum I. B.

Naſturtium hortenſe, criſpum, ſativum, latifolium & anguſtifolium C. B. Garten-Kreſſe. Naſcuntur in hortis vulgaribus & florent Junio & Julio.

Thlaſpi vulgatius J. B. arvenſe, folio Vaccariæ incano, majus C. B. In ſiccis & incultis, um die Kerzdorffer Mühle.

Thlaſpi cum ſiliqvis latis I. B. arvenſe, majus C. B. Bauren-Senff. Ad agrorum margines & ſepes hortorum, am Cäppel-Berge.

Thlaſpi

Thlaſpi perfoliatum, majus C. B. oleraceum Tabern. In montoſis & aſperis, am Jachandel-Berge und nach Welckersdorff.

Thlaſpi perfoliatum, minus C. B. pumilum Cluſii. In lapidoſis & ſiccis, am Steinberge; ingleichen im Hohwalde am neuen Bruche; florent Aprili & Majo.

3. QVADRIPARTITA.

Erica vulgaris, glabra C. B. humilis, ſempervirens, flore purpureo J. B. Heyde, braune und weiſſe Heide. In Wäldern und an denen Bergen, auch vielen verlegenen Aeckern.

Erica vulgaris, ſemper virens, flore albo I. B. Cum præcedente pasſim, ſonderlich am Jachandel-Berge, & alibi; floret Menſe Iulio & ſeqventi autumno; flos per totam durat hyemem.

Philadelphus Rivini & Athenæi C. B. Syringa alba C. B. Frutex coronarius Cluſii. Citron-Blüthen. In hortis & villis variorum floret Majo menſe & ſeqq.

Ruta hortenſis, ſativa I. B. major, latifolia C. B. Raute.

Ruta hortenſis, altera, minor, tenuifolia C. B. In hortis plurimorum Iulio & Iunio floret;

flo-

florem nonnunqvam profert pentapetalum, primum & medium inter reliqvos, ſed is naturæ luſus eſt.

Rhodia radix Dioſcor. Roſea Rivin. Telephium radice roſam ſpirante Herm. Rhodieſer-Wurtz. In curioſorum hortis Majo & Junio florem profert.

PARTIS I. ORDINIS III. CLASSIS III.

Plantarum flore tetrapetalo regulari, ſeminibus in bacca

I. MONOPYRENA.

Cornus ſativa, domeſtica J. B. hortenſis, mas C. B. Corneel-Kirſchen. In hortis aliqvorum: flos antecedit folia primo vere.

Cornus fœmina C. B. Virga ſangvinea J. B. Oſſea Rivini. Schießbeer. In ſepibus & fruticetis pasſim juxta vias, in ſylvis & nemoribus.

Laurus latifolia, mas & fœmina, hortenſis Tabernæm. Lorbeer. In hortis multorum.

Lau-

Laurus vulgaris, hortenſis, folio undulato Herm. In hortis cum præcedente, ſed raro floret.

2. DIPYRENA.

Unifolium Tabern. Smilax unifolia, humillima Tourn. Lilium convallium minus C. B. Einblat. In nemoroſis & inter fruticeta umbroſa, bey Wingendorf und Heidersdorf.

3. TETRAPYRENA.

Evonymus vulgaris, granis rubentibus C. B. Evonymus multis, Tetragonia J. B. Pfaffenröſſel. In ſepibus & areis ruſticis; in nemoroſis etiam, in Kerzdorff.

4. POLYPYRENA.

Chriſtophoriana vulgaris, noſtras, racemoſa & ramoſa. Moriſ. Aconitum racemoſum: An Actæ Plinii? C. B. In umbroſis convallibus & fruticetis, hinter Holtzkirch, um Margliſſa.

Oxycoccus J. B. Vaccinia paluſtris Lob. & Dodon. Vitis Idæa paluſtris C. B. In muſcoſis & paludoſis, auf denen mooßigten ſumpfigten Wieſen bey denen Röhrbörnern.

Paris

Paris Rivini, Herba Paris Officinarum Tourn. Solanum qvadrifolium bacciferum C. B. In ſylvis & nemoroſis ad aqvoſos & umbroſos receſſus, im Hohwalde nach Erdmansdorff.

PART. I. ORDINIS III.
CLASSIS IV.
Plantarum flore tetrapetalo irregulari, ſemine in capſula
I. SIMPLICI.

Anonis ſpinoſa, flore purpureo, vulgaris C. B. Reſta bovis vulgaris Tabern. Ononis officinarum I. B. Hauhechel. In paſcuis bey Kießlingswalde und Stoltzenberg Julio & Auguſto floret.

Anonis vulgaris, non ſpinoſa, flore albo C. B. Cum præcedente.

Anonis vulgaris, non ſpinoſa, flore purpureo C. B. verna ſeu præcox, perennis, fruteſcens, flore rubro, amplo Moriſon. Cum præcedente paſſim.

Aphaca Lobelii. Vicia lutea, foliis convolvuli minoris C. B. Lathyrus luteus, annuus, folio convolvuli minoris Moriſ. Gelbe Wicken.

Wicken. In agris & inter ſegetes, bey Schreibersdorff. Æſtate floret.

Balſamine fœmina, foliis Perſici aut Salicis folio, flore purpuraſcente J. B.

Balſamine fœmina, Perſici folio, flore candido I. B. Cum præcedente in curioſorum hortis Julio & Auguſto floret.

Balſamine lutea C. B. Impatiens Riv. Herba impatiens ſ. Noli me tangere, flore patulo, luteo J. B. In nemoroſis ad aqvæ rivulos, in Heinckens Grunde Junio & Julio floret.

Cochleata echinata, minima Riv. Medica echinata, minima J. B. Media cochleata, minor, polycarpos, annua, capſula nigra, hiſpida Moriſ. Trifolium echinatum, arvenſe, fructu minore C. B. In apricis cultisqve agris, im Graſe-Gärten und an den Rändern.

Colutea veſicaria C. B. In hortis curioſorum.

Coronilla montana Riv. Colutea ſiliqvoſa, minor, coronata C. B. In montoſis ſiccioribus agris, hinter der Frauen-Kirche.

Coronilla montana, flore vario Riv. herbacea, flore vario Tourn. Colutea ſcorpioides altera, nullo ſvavi odore commendata J. B. Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliqvis articulatis C. B. Ad agrorum margines & fruticeta, hinter Steinkirche nach Margliſſa; tota æſtate floret.

Crac-

racca Rivin. Vicia multiflora C. B. Vicia perennis, multiflora, cœrulea, ſepiaria, ſpicata Moriſ. nemorum ſeu dumetorum qvibusdam. Aracus Tabern. In agris qvibusdam altioribus, am Steinberg, und Holtzkirch.

racca ſylvatica Riv. Vicia ſylvatica, maxima, Piſo ſylveſtri ſimilis I. B. Im Hohwalde an Lichtenau.

racca minor Rivini. Vicia ſegetum cum ſiliqvis plurimis hirſutis C. B. Vicia parva cum multis ſiliqvis hirſutis J. B. Vogel-Wicken. Inter ſegetes paſſim; nach Wünſchdorff und Haugsdorff.

racca minor, ſiliqva gemella Riv. Vicia minima cum ſiliqvis glabris Tourn. Inter ſegetes, in Stoltzenberg. Paſſim florent Junio & Julio.

aba ſativa flore candido lituris nigris conſpicuo C. B. Bona major. Bohnen. In hortis & agris ſata Majo & Junio floret.

aba minor, rotunda, oblonga, cylindracea, eqvina alba. Moriſ. minor fructu nigro C. B. Cofee-Bohnen. In hortis curioſorum floret Junio & Julio.

alcata Rivini. Lens major repens Tabern. Trifolium ſylveſtre luteum, ſiliqva cornuta C. B. Medica fruteſcens. Medica ſylveſtris,

 foliis

foliis croceis J. B. Ad ſepes & fruticeta juxta vias, bey Steinkirch.

Fumaria Officinar. & Dioſcorid. flore purpureo, latifolia C. B. vulgaris I. B. Fumus terræ aliqvibus. Erdrauch. In agris & hortis cultis paſſim prodit & floret Majo & Junio, ſonderlich in Pflantz-Stäten.

Fumaria bulboſa, radice cava, major, flore rubro purpureo C. B. Ariſtolochia rotunda, vulgaris qvibusdam. Split radice rotunda cava Rivin. Pſeudofumaria Rivin. flore cœruleo. In hortis curioſorum nonnunqvam.

Fumaria lutea Split vulgo flore luto. In curioſorum hortis Aprili menſe floret.

Galega vulgaris, officinarum, flore cœruleo & albo candicante J. B. Geißraute. In hortis aliqvorum floret Junio & Jul.

Geniſta Germanica tinctorum C. B. Flos tinctorius I. B. Ginſter. In ſylvaticis & nemoroſis, am Timmendorffer Puſche.

Geniſta minor, Germanica, ſpinoſa C. B. Geniſtella ſpinoſa Riv. Spartium minus Tourn. In apricis acclivibus, beym holen Wege nach Wünſchdorff, floret cum præcedentibus.

Geniſta juncea J. B. Spartium majus arboreſcens, flore luteo, ſeminibus lenti ſimilibus C. B. In curioſorum hortis per æſtivos menſes flore ſuperbit.

Hedy-

edyſarum clypeatum, flore ſvaviter rubente H. Eyſt. Aſtragalus Romanus, ſiliqva aſpera I. B. Onobrychis major, ſemine clypeato aſpero C. B. Onobrychis major, perennis, ſiliqvis articulatis, aſperis, clypeatis, rectâ junctis, flore ruberrimo Moriſ. Curioſorum exornat hortos.

agopus trifolius I.B. Trifolium arvenſe, humile, ſpicatum C. B. Haaſenpfötgen. Lagopus minor vulgaris Moriſ. In arvis & paſcuis, um Wingendorff und Holtzkirche.

athyrus ſylveſtris major C. B. flore rubente & albido minore, dumetorum ſive Germanicum I.B. Lathyrus vicicoides floris vexillo phœniceo, foliis labialibus ſubalbeſcentibus, ſiliqvis Orobi. Moriſ. In fruticetis & nemoroſis umbroſis & aqvoſis, am Sträuchern beym Waſſer in Kieſſlingswalde.

athyrus pratenſis Rivin. ſylveſtris, luteus, foliis viciæ C. B. luteus ſylveſtris dumetorum I. B. In pratis ad margines agrorum & inter ſepes, in Berzdorff. Cum præcedente Junio Julio & Auguſto floret.

athyrus Tingitanus, flore amplo ruberrimo, ſiliqvis orobi qvadratis Moriſ. Cum præcedente in curioſorum hortis floret Majo & Junio.

Lens ſativa major C. B. ſemine albido. Weiſſe Linſen.

Lens ſativa minor Dodon. vulgaris, ſemine ſubrubro C. B. Linſen. In agris variis in pagis ſeruntur a ruſticis pro uſu culinari, præcipue in Seyfersdorff.

Lupinus peregrinus, flore cœruleo, major, villoſus, ſemine rotundo C. B. Blauer Spaniſcher Klee. In curioſorum hortis floret cum reliqvis ſeqventibus.

Lupinus ſylveſtris, flore luteo C. B. ſemine compreſſo, punctato J. B. gelber Türckiſcher Klee.

Lupinus ſylveſtris anguſtifolius, elatior, cœruleus Raj. ſemine qvaſi teſſellato.

Lupinus ſativus, vulgaris, flore & ſemine albo C. B.

Hæ omnes Lupinorum ſpecies, inter qvas flavus odoratiſſimus eſt, ſub nomine Türckiſcher Klee, in hortis variorum civium & ruricolarum florent Junio & Julio.

Lupulinum Rivini. Trifolium pratenſe, luteum, capitulo Lupuli; Trifolium agrarium.

In

In hortis ſiccioribus & agris elatioribus montanis, am Steinberge.

Lupulinum montanum, capitulis ſpadiceis Riv. Trifolium montanum. Lupulinum ſpadiceum C. B. In apricis montoſis, in Berzdorff um den Jachandel-Berg und andre Hügel.

Lupulinum minimum Rivin. Trifolium lupulinum, luteum, minimum Moriſ. Cum præcedentibus paſſim tota floret æſtate.

Melilotus Officinar. Germanica, fruticoſa, C. B. Trifolium odoratum flore luteo J. B. Meliloten, Steinklee. In horto Kirchoſiano pharmacevtico floret Julio, & Junio. Sponte etiam, am Hohwalde nach Böhmen bey Margliſſa.

Orobus ſylvaticus, purpureus, vernus C. B. Pannonicus primus Cluſ. Galega nemorenſis, verna. J. B. In nemoroſis & fruticetis, am und im Nonnen-Puſche, nach Hennersdorff.

Orobus ſylvaticus, Viciæ foliis C. B. Pannonicus II. Cluſ. Aſtragalus major Fuchſii. In ſylvis & opacis fruticetis; Im Hohwalde, auch hinter Holzkirch in Sträuchen nach Erzdorff.

Phaſeolus vulgaris, ſativus Lobel. major. Smilax hortenſis C. B. ſemine variegato. Phaſolen, Türckiſche Bohnen.

Phaſeolus Indicus, flore coccineo ſeu punic
Moriſ. Ægyptiacus, nigro ſemine Her
In hortis variorum ſeritur cum præceden
& floret per æſtatem & bonam autum
partem.

Piſum hortenſe, majus, qvadratum C. B. ſa
vum, dulce. Lobel. Zucker Erbſen. In hor
copioſe interdum jam Menſe Martio a
Aprili floret.

Piſum vulgare, parvum, arvenſe, albo v
nigro aut virideſcente ſemine J. B. Fel
Erbſen. In agris qvotannis copioſe ſerit
Floret Majo & Junio.

Trifolium pratenſe purpureum C. B. vulga
flore purpureo J. B. flore monopeta
Tournef. rother Wieſen-Klee.

Trifolium pratenſe album C. B. mas, flo
albo J. B. vulgare odoratum Moriſ.

Trifolium pratenſe, glabrum, flore albo C.
In pratis, agris & paſcuis pingvioribus c
pioſe floret æſtivo tempore.

Trifolium montanum, ſpica longisſima, r
bente C. B. Lagopus major alter Dod. Tr
folium purpureum majus, folio & ſpica lo
giore I. B. Ad ſylvas & fruticeta pingvi ſol
vorn Hohwalde, floret ut præcedens.

Vicia ſativa, vulgaris, ſemine nigro C.
Pferde-Wicken. Vic

Vicia ſativa, vulgaris, ſemine albo J. B. Seritur per agros pasſim, floret Julio & Auguſto.

Vicia maxima dumetorum C. B. perennis ſepium, folio rotundiore acuto I. B. Cracca major Tabern. Inter ſegetes in agris ſylvis vicinioribus, am Hohwalde zu Linda und Erzdorff.

Claſſis hujus Plantarum flos alias qvoqve papilionaceus a ſimilitudine vocatur; Conſtat autem 4. petalis, vexillo, carina & 2. labialibus dictis.

2. BIPARTITA.

Thlaſpidium minimum, arvenſe, folio glabro fiſſo. Tourn. Naſturtium petræum, folio Burſæ paſtoris C. B. Burſa paſtoris parva, folio glabro ſciſſo J. B. In ſiccis & apricis, auf der Mauer des Schützen-Grabens.

Thlaſpidium alpinum, Bellidis cœruleæ folio C. B. Thlaſpi, folio Globulariæ J. B. Burſa paſtoris montana, folio Globulariæ Tourn. In montoſis aſperis, am Steinberge, und Jachandelberge; primo floret vere.

3. TRIPARTITA.

Eſula rotundifolia, non crenata. Tithymallus foliis rotundis non crenatis Herm. Peplus ſeu Eſula rotunda C. B Runde Wolffs-Milch. Ad agrorum limites & ſepes hortorum. Hinter denen Gärten unter den Weiden.

Eſula cypariſſias officinar. Tithymallus cupreſſinus Lobel. Ad ſepes & vias tritas, agrorum margines, aufn Schießwerder, hinter der Mauer.

Eſula degener Rivini. Eſula ſcabioſa Geſneri, ſterilis aliqvibus, foliis punctatis. In arenoſis ſiccioribus, cum præcedente.

Eſula latifolia arvenſis. Tithymallus arvenſis Germanicus, latifolius C. B. platyphyllos Fuchſii J. B. In agris macrioribus, um Kießlingswalde, und Schreibersdorff.

Eſula folio anguſto Amygdali. Tithymallus amygdaloides anguſtifolius Tabern. Alypum Matthiol. Tithymallis affine J. B. In campeſtribus ad vias & tramites, zu Wingendorff um die Papier-Mühle.

Lathyris major C. B. Cataputia vulgaris I. B. Eſula major Riv. Tithymallus latifolius Cataputia dictus. Herm. Spring-Körner. In hortis variorum viſitur, floretqve cum Eſulis præcedentibus per omnem fere æſtatem.

4. QVA-

4. QVADRIPARTITA.

Aelianthus Africanus Herm. Pimpinella ſpicata, maxima, Africana Bartholin. In hortis curioſorum in teſtis figulinis alitur nonnunqvam.

PARTIS I. ORDINIS IV.
CLASSIS I.
Plantarum flore pentapetalo regulari, ſemine nudo
1. UNICO.

Agrimonia Officinarum Lob. Eupatorium veterum, Eupatorium Græcorum C. B. Odermenige. In montoſis & fruticetis, im Hohwalde an dem Nonnen-Berge.

Biſtorta major, radice magis intorta C. B. Officinarum, folio minus rugoſo J. B. Serpentaria mas Fuchſii, Brittannica Lobel. Natter-Wurtz. Junio & Julio floret, reperitur in horto pharmacevtico Kirchhofiano.

Fagopyrum ſativum, vulgare, erectum Tourn. Frumentum Saracenicum vulgare. Eryſimum Theophraſti folio hederaceo C. B. Fagotriticum J. B. Heydekorn. Seritur non-

nunqvam in agris, ut bey Stolzenbe
floret Junio & Julio.

Fagopyrum ſcandens, altisſimum dumetoru
ſeminibus tribus alis pellucidis cinctis C.
In ſcrobibus & fruticetis ac ſalicetis ad Qvi
ripas. An denen Mühlgraben in Sträuche

Fagopyrum ſcandens vulgare Tourn. Co
volvulus minor, ſemine triangulo C. B. Co
volvulus niger Dod. Helxine ſemine tria
gulo J. B. Helxine ciſſampelos altera, at
plicis effigie Lobel. In hortis inter purg
menta, & ad ſepes copioſe cum præceden
per omnem floret æſtatem.

Knaul folio & flore viridi. Polygonum fol
anguſtisſimo acuto vel gramineo, minu
repens C. B. Polygonum minus Tabernæ
Alchimilla erecta, graminifolia, minore flo
Tournef. Polygonum III. Dodon. tenuif
lium I. B. Saxifraga Lobelii, Anglica Trag
Ad muros & ſicciores agros, auf der Hof
Mauer in Berzdorff.

Knaul folio & flore albicante. Polygonu
Germanicum minus, incanum, flore majo
Raji, Alchimilla graminifolia, majore flo
Tourn. In agris muſcoſis, hinter der Bre
Mühle nach dem Schleiffgrunde.

Perſicaria mitis, maculoſa C. B. ſecund
Tabern. flore purpureo. Onitis Lobe

Flöß

Flöhkraut. Ad uliginoſa & humida loca. Am Stadt-Graben vorn Görlitzer Thor.

Perſicaria mitis, non maculoſa, flore purpureo vel candido C. B. Am alten Lauben gegen die Bleichen, item aufn Anger in Schreibersdorff.

Perſicaria urens C. B. acris ſeu Hydropiper J. B. Waſſer-Pfeffer. Ad ſcrobes & ſepes, zu Geißdorff vor den Kirchhofe.

Perſicaria Salicis folio, erecta J. B. Inter ſegetes paſſim, ſonderlich auf naſſen gallichten Aeckern.

Perſicaria minor C. B. puſilla, repens Lob. In paſcuis & arvis, zu Schreibersdorff und Kießlingswalde; per æſtatem floret.

Polygonum latifolium C. B. mas Dodon. Centinodia I. B. Herba ſangvinalis Celſi. Wegdritt. flore rubro aut albido. In agris & arvis, areis & ad ſemitas vulgatiſſime. Tota floret æſtate.

Polygonum, folio oblongo, anguſto C. B. anguſtifolium J. B. In locis ſiccioribus & acclivibus, um die Berge und Hügel, cum præcedente floret.

Tilia fœmina, folio majore C. B. fœmina, vulgaris, platyphyllos I. B. Linden-Baum.

Tilia mas, folio minore I, B. mas Dodon. foliis

Ulmi

Ulmi J. B. am Steinberge. Utraqve ſpecies ſæpe numero viſitur ante nonnullas ædes, in hortis & fruticetis, florent Menſe Junio & Julio.

2. PLURIMIS.

Anſerina Officinarum Dodon. Lobel. Argentina ſeu Potentilla I. B. Pentaphylloides argenteum alatum Tourn. Gänſerich. In paſcuis & arvis apricis & humidioribus: Auſn Schießwerder, und vor der Bret-Mühle. Tota floret æſtate.

Caryophyllata vulgaris C. B. Officinarum, flore parvo luteo J.B. Benedicten-Wurzel. In hortis graminiferis & ad ſepes paſſim, in Kerzdorff. Majo, Junio & Julio floret.

Fragaria vulgaris, officinarum C. B. Trifolium fragiferum Tab. Fragaria rubra ferens fraga J.B. Erdbeeren. In ſylvis & collibus apricis, am Steinberge und im Nonnen-Pusche.

Fragaria hortenſis, fructu parvi pruni magnitudine C. B. Fraga hortenſia magna H. Eyſt. vulgo gepfroffte Erdbeer. In hortis variorum ſtudioſe coluntur.

Fragaria hortenſis, fructu albo C. B. fraga ferens alba J. B. Fragum album Tourn. Brüſtlinge. Cum præcedente in hortis multorum floret Majo menſe.

Pen-

entaphyllum rectum, foliis profunde ſectis, ſubtus argenteis, flore luteo I. B. Qvinqvefolium folio argenteo C. B. petræum majus Tabern. Fünfffinger-Kraut. In ſiccis apricis & acclivibus, an denen Stadt-Graben, floret æſtate.

entaphyllum album J. B. Qvinqvefolium, Lupini folio argenteo, flore albo J. B. album, majus, alterum C. B. In ſylvis & nemoribus, im Hohwalde gegen Böhmen, Menſe Majo & Junio floret.

entaphyllum vulgare, repens J. B. Qvinqvefolium majus repens C. B. Ad ſepes & tabulata hortorum in ſuburbiis & pagis, bey Holzkirche ꝛc.

entaphyllum minus, repens, lanuginoſum, luteum C. B. molli lanugine pubeſcens, flore luteo J. B. In aſperis & apricis, am Jachandelberge gegen Timmendorff, per æſtatem floret.

anunculus arvenſis echinatus C. B. arvorum Lob. ſylveſtris III. & echinatus. Inter ſegetes copioſe procreſcit, auf den Aeckern gegen die Pulvermühle und am Schleiff-Grunde, floret Majo. Junio & Julio.

anunculus aqvaticus albus, tenuifolius J. B. folio rotundo C. B. In ſtagnantibus & paludoſis, aufn Schießplan an der Salzlache, & alibi. Ra-

Ranunculus aqvaticus capillaceus C. B. aqvatilis omnino I. B. Millefolium aqvaticum foliis Abrotoni, flore & capitulo Ranunculi C. B. Ad uliginoſa & ſtagnantes aqvas, an Schuſters Lache unter denen Weiden und andern Pfützen.

Ranunculus paluſtris minor longifolius C. B. aliis Flammula J. B. lanceatus Tabern. In pratis humidis & uliginoſis, bey denen Leim-Gruben und der Ziegel-Scheune.

Ranunculus pratenſis, erectus, dulcis C. B. Batrachium ſalutiferum Tabern. hortenſis ſecundus Dod. rectus, non repens, flore ſimplici luteo J B. Hahnen-Fuß. In pratis & arvis copioſe, im alten Lauben hinaus, und beym Gerichte.

Ranunculus pratenſis, repens, hirſutus C. B. hortenſis I. Dodon. flore luteo ſimplici I. B. reptante cauliculo Lob. In hortis graminiferis & ad ſepes paſſim.

Ranunculus pratenſis, hortenſis, repens, flore pleno C. B. Hundertblättriger Hahn-Fuß. In hortis variorum.

Ranunculus nemoroſus, ſylvaticus, folio rotundo C. B. auricomus, dulcis Tragi. In hortis graminiferis & arvis paſſim.

Ranunculus montanus Aconiti folio, magno flore C. B. magnus ſeu hirſutus J. B. In ſylva-

ſylvaticis opacis, im Hohenwalde nach Holtzkirche. Cum præcedentibus menſibus æſtivis floret.

anunculus Conſtantinopolitanus Cluſii. Aſphodeli radice, flore ſangvineo C.B. polyphyllos, flore coccineo Cluſ. Aſiaticus, radice grumoſa, flore pleno Cluſ. In hortis Curioſorum floret menſe Junio.

anunculus folio gramineo, flore caudato, ſeminibns in capitulum ſpicatum congeſtis Tourn. Cauda muris, Holoſteo affinis C. B. Myoſurus J. B. Mäuſe-Zahl. In hortis & cultis ſæpe inter purgamenta evellitur, floret Junio & Julio.

maria vulgaris Cluſii, Regina prati Dodon. Barba capræa floribus compactis C. B. Barba capræ Lob. Geißbart. Ad ſcrobes & aqvarum rivulos, im Schleiffgrunde bey Teichen und am Bache.

ARTIS I. ORDINIS IV. CLASSIS II.

lantarum flore pentapetalo regulari ſemine in capſula I. SIMPLICI.

lſine major, Dod. repens, perennis J. B. altiſſima nemorum C. B. maxima, Solani folio Lob.

Lob. Hünerbiß. Inter ſaliceta & loca uvida opaca. Untern Welden und am Qveiſſe.

Alſine hirſuta, magno flore, vaſculo cornicu-lato C. B. Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore Tourn. Auricula muris pulchro flore albo J. B. Holoſteum caryophyllæum Tab. Ad muros veteres & tramites tritos: Am Stadt-Graben, Majo & Junio floret.

Alſine pratenſis, gramineo folio ampliore Tourn. Gramen floridum majus Tab. Cary-ophyllus arvenſis, glaber, flore majore J. B. In acclivibus & apricis, am Sandberg und gegen Lichtenau, cum præcedente floret.

Alſine vulgaris media C. B. Officinarum. Mor-ſus gallinæ J. B. Vogelmeyer. In cultis hortis & agris inter ſegetes & olera copioſe totam per æſtatem floret.

Alſine minor, multicaulis, C. B. minima Dod. J. B. Ad præcedentem, impr. auf ſandigen Aeckern beym Schleiffgrunde.

Amaranthus purpureus J. B. anguſtifolius Lob. ſimplici pannicula C. B. panniculis ſurrectis rubris Herm. Tauſendſchön.

Amaranthus pannicula incurva C. B. pan-nicula ſpecioſa, criſtatus, purpureus J. B.

Ama-

maranthus tricolor hortulanorum, folio variegato C. B. foliis variegatis tricoloribus, ſeu varie coloratis, Pſittaci plumas referentibus Moriſ.

maranthus major flore & ſemine albo J. B. Blitum album, polyſpermum C. B. Cum præcedentibus in hortis curioſorum reperiuntur, florent autem Julio & Auguſto.

renaria verna, folio ſtrictiſſimo J. B. Alſine tenuifolia Chabr. In ſiccioribus arenoſis & ſterilibus. Aufn Sandberge und auf der Schieſſwieſe. Floret Junio.

renaria campeſtris, flore purpureo-cœruleo. Spergula cærulea J. B. Alſine Spergulæ facie minor, floſculo ſubcœruleo C. B. Ad vias & margines agrorum, an denen Wegen nach Lichtenau und Berzdorff; floret Auguſto.

num ſativum C. B. vulgare, cœruleum Lob. Flachs.

num ſativum, longius, majus. See-Lein. Cum præcedente ſeritur in agris, floret Junio & Julio.

chnis vaccaria Dod. ſegetum rubra, foliis Perfoliatæ C. B. Vaccaria dicta. In agris conſitis, bey Holzkirch und Erzdorff.

chnis pratenſis, flore laciniato ſimplici Moriſ. Superba aliqvibus. Flos cuculi, Odon-

tites qvibusdam J. B. Caryophyllus prate-
ſis, flore laciniato, ſimplici C. B. In accliv
bus & arvis apricis, hinter dem Hoſpital un
gegen das Gerichte, floret Julio.

Lychnis hirſuta, hortenſis, flore coccineo, m
niato, major C. B. Flos Conſtantinopolit
nus Dod. Lychnis Chalcedonica, vulg
brennende Liebe.

Lychnis hirſuta, hortenſis, major, flore carn
C. B. Lychnis Chalcedonica, flore incarnat
Cum præcedente in curioſorum hortis flor
Julio & Auguſto; aliqvando flore plen
ſuperbit.

Lychnis coronaria, ſativa Dioſc. flore rube
rimo, aculeato C. B. Vexir-Nelcken, Schr
ber-Nelcken.

Lychnis coronaria, ſativa, albo flore. Cu
præcedente curioſorum exornat hortos
tota fere floret æſtate.

Nigellaſtrum Dodon. Officinarum. Pſeud
melanthium J. B. Lychnis ſegetum maj
C. B. Rade. Inter ſegetes, ſonderlich unt
armer Leute Korn.

Ocimaſtrum rubrum Tabern. Ocimoid
purpureum multis I. B. Lychnis ſylveſtri
aqvatica, purpurea C. B. In locis umbroſ
& leviter humidis, in agris, beym elend
Creutze, gegen die Ziegelſcheune, Julio
Auguſto floret. Oc

cimaſtrum flore pleno, multiflorum Tabern. Ocimoides fl. pleno, purpureo J. B. Lychnis rubra, multiplex C. B. In hortis curioſorum floret cum præcedente.

arnaſſia Riv. Gramen Parnaſſi, flore albo, ſimplici C. B. Flos hepaticus qvibusdam J. B. Weiß Leberkraut. In ſylvis, muſcoſis & umbroſis. Im Hohwalde, Septembri menſe floret.

orella vulgaris, Officinar. Ros ſolis, folio ſubrotundo C. B. Rorida ſeu Ros ſolis major Lob. Sonnenthau. In pratis uvidis muſcoſis bey denen Röhr-Börnern, copioſe gegen Naumburg.

aponaria vulgaris J. B. major, lævis C. B. Lychnis ſylveſtris Saponaria dicta Tourn. vulgaris, ſimplex Moriſ. Seiffenkraut. Ad vias & ſepes paſſim itemqve in agris im alten Lauben.

aponaria flore pleno Tourn. Herm. In hortis curioſorum, florent Julio & Auguſto.

amariſcus Germanica. Lob. Tamarix Germanica, minor, fruticoſa J. B. folio craſſiore C. B. Myrica vulgo. Tamarißken. Aliqvorum exornat hortos, floretqve Auguſto.

unica ſylveſtris, vulgaris, multiflora. Caryophyllus montanus I Tabern. ſylveſtris, vulgaris, latifolius C. B. Betonica corona-

naria J. B. In pratis ſiccioribus gegen Hen-nersdorff und um das Gerichte.

Tunica ſylveſtris ſupina, flore unico. Caryo-phyllus ſylveſtris, humilis C. B. Caryo-phyllæa repens, rubra J. B. Graß-Nelcken. In montoſis, acclivibus & aſperis, am Stein-berge und hinter Kertzdorff. Tota floret æſtate.

Tunica montana altiſſima, flore tenuiſſime laciniato. Caryophyllus plumarius, purpu-reo-cœruleus Tabern. Betonica coronaria tenuiſſime ſecta C. B. Caryophyllus ſim-plex, laciniatus, flore tenuiſſime ſecto Mo-riſ. Caryophyllæa ſuperba J. B. In acclivi-bus & arenoſis; Gegen der Pulvermühle und nach Timmendorff, floret Auguſto & Julio.

Tunica latifolia, floribus umbellatis. Caryo-phyllus Carthuſianorum I. Tabernæm. & hortulanorum, floribus rubris purpureis. Cartheuſer-Nelcken.

Tunica latifolia umbellata, flore purpureo pleno. C. B.

Tunica latifolia umbellata, flore candido. C. B.

Tunica latifolia umbellata, flore ex albo & rubro variegato. In hortis ubiqve copioſe floret per æſtatem.

Tunica

unica hortenſis, flore ſimplici J. B. Caryophyllus ſimplex, flore minore, rubro, albo, coccineo, atro-purpureo, mixti coloris.

unica ſ. Caryophyllus hortenſis, major & minor, flore pleno C. B. variorum colorum. Volle Nelcken.

unica hortenſis ſ. Caryophyllus, flore pleno albo, fimbria colorata circumdato. Piqvotten.

unica hortenſis ſ. Caryophyllus albus, flore pleno, punctis ſeu maculis rubris notato. Bizarden.

unica hortenſis ſeu Caryophyllus flore pleno rubro, maculis atro-purpureis notato. Concordien.

Hæ tres poſteriores Tunicarum ſpecies communi nomine Belgicæ, Holländiſche Nelcken vocantur, licet earum plurimæ Belgium nunqvam viderint, cum ſœpe apud nos ex ſeminibus elegantiſſimi coloris flores naſcantur. Subdividuntur autem mirum qvantum ab

 hor-

hortulanis & peculiaribus vo-
cantur nominibus, qvibus con-
ſignandis aliqvot plagulæ vi-
ſufficerent; ſed iſta ſunt hortu-
lanorum nomina, non Botani-
corum.

2. BIPARTITA.

Cotyledon Matthiol. media, foliis ſubrotundi- C. B. Sanicula aizoides, foliis ſubrotundis ſerratis Herm. Geum folio ſubrotundo, mi- nus Tourn. Umbilicus Veneris vulgo Frauen-Nabel. In hortis curioſorum flore- Julio & Auguſto.

Saxifraga alba, radice grumoſa. J. B. rotun- difolia, alba C. B. Sanicula radice granulo- ſa, flore albo Herm. Weiſſer Steinbrech. In acclivibus, ſiccis & ſterilibus; Am Ber- ge auf der breiten Gaſſe & alias copioſe: floret Majo, Junio & Julio.

Staphylodendrum Matthioli ſylveſtre & vul- gare Herm. Piſtacia ſylveſtris Germanica C. B. Pimpernüßlein. In hortis aliqvorum Majo floret.

3. TRI-

3. TRIPARTITA.

Hypericum vulgare C. B. Dod. Officinarum, ſ. Perforata, caule rotundo, folio glabro I. B. Fuga dæmonum Tabern. Johanns-Kraut. In agrorum marginibus & ad vias paſſim am Cäppelberge & alibi floret Junio & Julio.

Hypericum minus, ſupinum, glabrum C. B. ſupinum, tertium, minimum Cluſii. In lapidoſis ſiccis montoſis, oben auf dem Stein-berge floret Majo & Junio.

Hypericum aſcyrum dictum J. B. Hypericum bifolium, glabrum, non perforatum C. B In ſylvaticis, ad fruticeta, an der Schreiber-Bach im Nonnenpuſche.

Muſcipula pratenſis, veſicaria Tourn. Lychnis ſylveſtris, qvæ Been album vulgo C. B. perennis. Papaver ſpumeum vulgo. In pratis irriguis, & ad fruticeta im Schleiffgrunde Menſe Junio & Julio floret.

4. QVINQVEPARTITA.

Acetoſella vulgaris & Officinarum Rivini & aliorum. Oxys flore albo purpuraſcente Tourn. Trifolium acetoſum C. B. Trifolium acidum Dod. Oxalis qvorundam Lob. Trifolium acidum fl. albo J. B. Alleluja, Frac.

Lujula aliqvibus. Sauerklee, Buchamp-
fer. Ad arborum caudices & inter muſco
floret Martio & Aprili.

Acetoſella flore luteo, capſula corniculat
Riv. Oxys lutea Tourn. Cum præcedente
& in Hinckens Grunde creſcit & floret.

Fabaria Officinarum. Anacampſeros vulgo
Faba craſſa, flore luteo vel albicante J. B
Telephium vulgare C. B. Fette Henne
In arvis, ad ſepes & margines agrorum
Bey der Hauſen Gaſſe, auch im Graben
vorn Brůderthore.

Gruinalis Malvæ folio rotundo Riv. Gerani-
um folio Malvæ C. B. Geranium folio ro-
tundo multum ſerrato Lob. Geranium co-
lumbinum J. B. Pes columbinus. In cultis,
per hortos graminiferos & oleraceos.

Gruinalis montana, hæmatodes. Geranium
ſangvineum maximo flore C. B. hæmatodes
craſſa radice J. B. In ſylvaticis paſſim, Bey
dem Nonnenberge im Hohwalde.

Gruinalis pratenſis Aconiti folio. Geranium ba-
trachoides folio Aconiti. Gratia Dei Germano-
rum Lob. Geranium grandius, floribus cœru-
leis. In pratis, collibus & agrorum marginibus.
Beym grauen Wolffe & in Steinkirche.
Cum præcedentibus tota fere floret æſtate.

Le-

edum Sileſiacum Cluſ. Ledum Roſmarini folio Tabern. Roſmarinum ſylveſtre Matth. Ciſtus Ledon, foliis Roſmarini ferrugineis C. B. Krentze. In ſylvis & nemoribus, im Hohwalde gegen Böhmen, copioſius tamen longe in Luſatia inferiore im Forſtiſchen und Moßkiſchen Walde.

:dum minus, luteum, folio acuto C. B. flore luteo J. B. hæmatodes Tabern. Mauer-Pfeffer. In muris & ad vias tritas copioſe, auf der Graben-Mauer.

:dum minimum, luteum, non acre J. B. minus, vermiculatum, inſipidum C. B. minimum, Illecebra Lob. Cum præcedente ad vias & tramites, ſonderlich gegen Lichtenau.

:dum minus, teretifolium, album C. B. folio longiuſculo, tereti J. B. Vermicularis Lob. Craſſula minor Dod. Illecebra major Tourn. In apricis lapidoſis, oben auf dem Steinberge, Menſe Majo & Junio florent.

ſcaria Rivini. Viſcaria ſativa. Muſcipula J. B. Lychnis ſylveſtris III. Cluſii. viſcoſa, rubra, latifolia, lævis C. B. In agris acclivibus & arenoſis bey dem Sandberge in alten Lauban.

5. MULTIFIDA.

Caltha paluſtris, flore ſimplici C. B. Dod. Lob. Populago major Tourn. Schmerngeln. In humidis & uvidis ad rivulos & aqvas ſtagnantes, in Kertzdorff bey der Priorin Vorwercke.

Partis I. Ordinis IV. Classis III.

Plantarum flore pentapetalo regulari ſeminibus tectis pomo vel bacca

I. MONOPYRENA.

Amygdalus dulcis J. B. ſativa, fructu majore C. B. Mandelbaum. In hortis curioſorum alitur, facile ex ſemine progignitur.

Armeniaca, fructu majore, nucleo amaro Tourn. Mala armeniaca majora C. B. itemqve minora. C. B. Apricoſen. In hortis multorum, & ad ædium nonnunqvam parietes, cum antecedente Aprili aut Majo floret.

Ceraſus ſylveſtris, fructu nigro J. B. major fructu ſubdulci, nigro colore inficiente. C. B.

Vo

Vogel-Kirſchen. Paſſim in areis & ſylvis viſitur, ut & im Schützen-Graben.

Ceraſus ſativa, rotundo rubro & acido fructu C. B. acidiſſima ſucco ſangvineo J. B. Ceraſia acida Tabern. Saure Kirſchen. In hortis & pomariis variorum.

Ceraſus ſativa, domeſtica, fructu majore Tourn. Ceraſa majora C. B. acida rubella J. B. Johanns-Kirſchen, Glaß-Kirſchen. Cum præcedente.

Ceraſus ſativa, fructu albo dulci Tragi. Ceraſa alba dulcia C. B. Süſſe Kirſchen. Copioſe ubivis in hortis vulgaribus; Cum præcedentibus floret Majo menſe, nonnunqvam denuo Octobri & Novembri, autumno admodum propitio exiſtente.

Padus Germanica, folio deciduo Riv. Ceraſus racemoſa qvibusdam J. B. ſylveſtris racemoſa, fructu non eduli C. B. nigra racemoſa. Oel-Kirſchen. Inter fruticeta, ad vias & hortorum ſepimenta, im Schleiffgrunde, und bey Holtzkirche. Aprili & Majo floret.

Padus exotica, folio amplo, craſſo, ſemper virente Riv. Lauroceraſus Tourn. Ceraſus folio laurino C. B. Kirſch-Lorbeer. In curioſorum hortis.

Per-

Perſica vulgaris, carne molli, viridis & alb C. B. Malus Perſica J. B. Pferſchcken. I hortis multorum, Martio menſe florent.

Prunus ſylveſtris, vulgaris J. B. Prunell Fuchſii. Acacia germanica Officinar. Schle hendorn. In dumetis & vepretis ad agro rum margines, hinter der Schäfferey.

Prunus ſylveſtris, altior, præcox Herm. Pru na ſylveſtria præcocia C. B. Pruni ſylve ſtris altera ſpecies Tragi. Garten-Schle hen. In hortis aliqvorum, ut auffn Gra ben vorn Niclaus-Thore.

Prunus fructu minore, rotundo, ſphærico auſtero Tourn. Pruna Auguſto matureſcen tia, minora & auſteriora C. B. Kriecheln. In pagis paſſim aluntur in hortis.

Prunus fructu majore, rotundo, rubro Tourn. Pruna magna, rubra, rotunda C. B. Roßpflaumen. In hortis aliqvorum in ſub- urbiis.

Prunus fructu maximo, rotundo, flavo, dul- ci Tourn. Pruna rotunda, flava, dulcia, mali magnitudine C. B. Maronen, vulgo Maruncken; Cum præcedentibus.

Prunus ſativa vulgaris Tourn. Pruna Hun- garica, Damaſcena Geſn. magna, craſſa, ſub- acida, colore atro-cœruleo C. B. Ungriſche Pflaumen. Abunde in hortis tantum non omnibus.

Pru-

runus fructu cereo, luteo Tabern. Pruna colore ceræ ex candido in luteum palleſcente C. B. Ceriola Tragi. Spillinge. In pagis magno numero coluntur.

Prunorum hæ ſpecies recenſitæ florent Majo menſe.

mach Officinarum, Arabum J. B. Rhus coriaria Dodon. Rhus Ulmi folio C. B. Hirſchhörner. In eines Bürgers Garten auf dem Niclaus-Garten floret Majo & Junio.

2. TETRAPYRENA.

dera Dodon. arborea ſeu arboreſcens C. B. corymboſa, communis Lob. communis, major. Epheu. In ſylvaticis ſponte, & ubi ſemel conſita læte perennat & nuſqvam non aſcendit. Im Hohwalde, ſonderlich an der Kirche zu Gruna.

eſpilus vulgaris J. B. ſylveſtris, Germanica, folio laurino, non ſerrato. C. B. Meſpilus domeſtica præſtantior Lob. Mißpeln. Colitur in hortis nonnullorum, etſi rarius, florem edit Majo.

is vinifera. C. B. Cujus variæ dantur ſpecies.

Vi-

Vitis foliis laciniatis Cornut. Herm. Apii fo-
lio, vinifera C. B. Peterſilien-Wein.
Vitis folio Juglandis. Nuß-Wein.
Vitis ex paſſularum acinis ſata. Roſinet-
Wein.

Variæ hæ vitium ſpecies â non-
nullis in ſuis vinetis (Wein-
Gärten) noviter exſtructis, al
aliis vero ædium ſuarum pari-
etibus affixæ coluntur. Ma-
jo & Junio potiſſimum flo-
rent.

3. POLYPYRENA.

Aurantia malus J. B. Malus Arantia majo-
C. B. Aurantium acri medulla, vulgare
Ferrar. aut medulla dulci Ej. itemqve ma-
jori & minori fructu. Pomerantzen.
Aurantia Luſitannica. Malus Arantia Luſi-
tannica, Pomum Sinenſe Belgis Herm. Po-
me de Sina. Cum præcedente in hortis cu-
rioſorum reperitur.
Citreum vulgare Tourn. Malum citrium vul-
gare Ferrar. fructu mediocri, dulci medull.
Ferrar. Citrus vulgo J. B. Malus medica C. B.
Ci

Citronen. Pariter ac priores in hortis curioſorum ſtudioſe coluntur.

[C]ydonia fructu rotundiore & breviore J. B. Malus cydonea minor. Malus cotonea minor C. B. Qvitten-Aepffel.

[C]ydonia fructu oblongo læviore J. B. Malus cydonea ſ. cotonea major C. B. Qvitten-Birnen. In hortis nonnullorum florent Majo & Junio.

[L]imon vulgaris Ferrar. Malus limonia, acido fructu C. B. Limonien. Cum præcedentibus floret.

[M]alus ſylveſtris, fructu valde acerbo, rubello Tourn. Holtz-Aepffel. In ſylvis & ſepibus hortorum & arearum, auf denen Dörffern.

[M]alus domeſtica, hortenſis, ſativa, fructu dulci, eduli, vinoſo &c. C. B. Mala præcocia, ſerotina, & media. Aepffel. Qvarum diverſitas cum ſit inſignis, ad hortulanos nomina eorum ſpecialia ſcire geſtientem demandamus. Florent Majo.

Malus Aſſyria Dodon. Aſſyriorum aliqvibus. Arantia, Pomum Adami vulgo C. B. Adams-Aepffel. A Curioſis in viridariis ſtu-

ſtudioſe coluntur in ihren Orangerien. Flo-
ret cum Citrio & Arantiis.

Myrtus hortenſis, latifolia, Boetica vel fo-
liis laurinis C. B. Myrthen.

Myrtus hortenſis, ſativa, anguſtifolia, com-
munis, Italica ſ. Romana C. B.

Myrtus hortenſis, foliis minimis mucronatis
C. B. Tarentina ſ. Brabantica vulgo. In
hortis penſilibus Curioſorum Junio vel Ju-
lio floret.

Pyrus ſylveſtris C. B. Pyra ſylveſtria, acer-
bæ, auſtera Tabern. Holtz-Birnen. In ſyl-
vis & ad vias publicas proſtant.

Pyrus ſativa, hortenſis, domeſtica, fructu præ-
coce vel ſerotino. Birnen. Plane, ut
apud malum, inſignes hic repe-
ries diverſitates, qvarum diver-
ſa nomina ab hortulanis pete,
cum non ſint botanica h. e. ad
characterem aptata. Pyri ſpecies
variæ ubiqve proſtant, & Majo florent.

Roſa campeſtris ſpinoſiſſima, flore albo odo-
ro C. B. campeſtris, odora Cluſ. pumila,
ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore
albo J. B. Weiſſe Heck-Roſen.

Ro-

oſa ſylveſtris, foliis odoratis C. B. flore purpuraſcente. Cynorhodon Dodon. rothe Heckroſen. Cum præcedente ad ſepes & agrorum terminos ac margines ſæpe diſpoſita videtur. Floret menſe Majo & Junio.

ʃa rubra ſimplex C. B. Damaſcena Lob. rubra, flore ſimplici J. B. ſativa III. Dodon. Rothe Roſen.

ʃa ſaturatius rubens C. B. purpurea ſeu in rubro nigricans Camer. Sammt=Roſe.

ʃa maxima multiplex C. B. Centifolia Batavica rubra Cluſ. Hollandica rubella plena, qvibusdam centifolia, ſpinoſo frutice J. B. Centifolien.

ʃa provincialis minor Tabern. rubello flore parvo, ſimplici, non ſpinoſa J. B. minor, rubello flore, qvæ Majalis dicitur C. B. Pfingſt=Rößlein.

ʃa alba vulgaris major C. B. ſemiplena Lob. candida flore ſimplici J. B. Weiſſe Roſen.

ʃa alba flore pleno, multiplici C. B.

ʃa alba minor C. B. lacteola J. B.

ʃa lutea ſimplex C. B.

ʃa lutea multiplex C. B. flore pleno J. B. flava plena Cluſ. Gelbe Roſen.

Hæ roſarum ſpecies gratiſſim oculorum ſpectaculo exornan viridaria & hortos multorum floreqve præſertim Majo & Junio ſuperbiunt.

Sorbus aucuparia J. B. ſylveſtris foliis d meſticæ ſimilis C. B. Alpina Lob. Auc paria Riv. Ebereſchen, vulgo Ebſchen. I areis & ad ſepes paſſim per ſuburbia, iten qve in ſylvis copioſe, ut im Hohwalde.

Sorbus torminalis, Cratægus Theophr. J. Meſpilus Apii folio, ſylveſtris, non ſpino C. B. Cratægus folio laciniato Tourne Meel-Beer. In fruticetis & ad nemor itemqve in ſepibus beym Hohwald un Nonnenpuſche.

PARTIS I. ORDINIS IV. CLASSIS IV.

Plantarum flore pentapetalo in regulari, ſeminibus nudis

1. GEMELLIS.

Anethum hortenſe C. B. Anethum Officina Dod. Lob. Dille. In oleraceis hortis tu

ſe

ſeritur, tum ſponte provenit, ut in agris, Julio & Auguſto floret.

ngelica ſylveſtris major C. B. ſylveſtris magna vulgatior J. B. Ægopodium majus. Lob. Angelick, H. Geiſtwurtz. In hortis graminiferis & arvis pingvioribus paſſim, auch an denen Zäunen.

ngelica ſylveſtris minor, ſ. erratica C. B. Herba Gerhardi Dodon. Angelica ſylveſtris repens J. B. Podagraria Riv. & Lob. Ad vias & ſepes in Wünſchdorff und Haus-dorff.

ngelica ſativa C. B. Imperatoria ſativa Tourn. Garten-Angelicke. In hortis olitorum & a ruſticis paſſim ſeritur, cum præcedentibus floret menſe Junio & ſeqq.

niſum veteribus, Officinar. J. B. herbariis, ſemine majori C. B. vulgare Clus. Aniß. In hortis nonnunqvam colitur, ſed parcius.

pium hortenſe multis, qvod vulgo Petroſelinum, palato gratum, planum J. B. hortenſe ſ. Petroſelinum vulgo C. B. latifolium, planum Dod. Peterſilge.

pium hortenſe folio criſpo ſeu Petroſelinum criſpum C. B.

pium dulce, Celeri Italorum. Sellry. In hortis ſeruntur ab olitoribus, copioſe florent Aprili & Majo.

Apium paluſtre Officin. C. B. vulgare, in gratius J. B. Eleoſelinum Dod. Waſſer Eppich. In convallibus & ſcrobibus ad ſta gnantes aqvas; Im Schleiffgrunde und a denen Lachen.

Carum Riv. Lob. Dod. Carus J. B. Cum num pratenſe, Carvi Officinarum C. B Kaibe. In hortis & arvis itemqve in agro rum marginibus copioſe, hinter dem Cap pelberge, floret Junio.

Caucalis vulgaris ſemine aſpero, floſculis ru bentibus C. B. Anthriſcus qvorundam J. B Inter ſegetes in agris macrioribus & areno ſis, gegen das Gerichte und nach Henners dorff.

Chærefolium Officinar. Chærophyllum ſati vum C. B. Chærophyllon Dodon. Cerefo lium Lob. Groſſer Körbel. In hortis olito rum ſemel ſatum largiter provenit qvotan nis, floret Majo.

Chærefolium ſylveſtre Riv. ſemine lævi Mo riſ. Daucus cepiarius Colum. Anthriſcu Plinii qvibusd. ſemine longo Cicutariæ J. B wilder Körbel. Ad ſepes & tramites pa ſim, im Gäßgen hintern Brüder-Brunn floret cum præcedente.

Ci

icuta Dodon. major, latifolia, fœtida C. B. Schirling. In pratis & ad fruticeta umbroſa, nach Wünſchdorff und um Loga. Per æſtatem floret; ſed non tam venenoſæ eſt facultatis, ut apud veteres deſcribitur.

icuta minor Petroſelino ſimilis C. B. Cicutaria folio Apii J. B. Cicutaria fatua Lob. Cynapium Rivini. Inter olera præſ. inter Apii hortenſis ſata copioſe.

icutaria paluſtris tenuifolia C. B. paluſtris Lob. aqvatica qvorundam, Phellandrium J. B. & Dod. Waſſer-Schierling. In paludoſis & uliginoſis, an ausgetrockneten Wäſſrigen und Brüchtrichen; Cum præcedente per æſtatem floret.

oriandrum Officin. Dod. Lob. majus C. B. Coriander. In hortis nonnullorum ſeritur, tum & ſponte in iisdem provenit, folio fœtente; Julio & Auguſto floret.

ryngium Officinar. vulgare C. B. campeſtre Dod. campeſtre mediterraneum Lob. Mannstreu. Ad rudera murorum & ſepes itemqve in Cœmiteriis, um Bayerberg und Marglíſſa.

alcaria Rivin. Ammi perenne Moriſ. Herm. Crithmum umbelliferum IV. Matthiol. Eryngium arvenſe, foliis ſerræ ſimilibus C. B. Sichel-Kraut. Inter ſegetes præſ. triticum

& ſiliginem læte creſcit in Bertzdorff & al-
as, floret æſtate.

Fœniculum vulgare germanicum C. B. vu-
gare, minus, acriori & nigriori ſemine. Fen-
chel.

Fœniculum dulce, ſemine majore & albo J. B.
Süſſer Fenchel. Cum præcedente in horti
alitur nonnullorum, floretqve Julio.

Imperatoria Officinar. vulgaris J. B. majo
C. B. Aſtrantia, Magiſtrantia, Meiſterwur-
tzel. In hortis præſertim paganis, tum & oli-
torum in ſuburbiis colitur & floret pe
æſtatem.

Leviſticum Officinarum, Lobel. vulgare Do-
don. Liguſticum vulgare, an Libanotis fer-
tilis? C. B. Liguſticum vulgare foliis Apii
J. B. Angelica montana perennis Paludapii
folio Tourn. Liebſtöckel. In hortis ab olito-
ribus colitur, Julio & Auguſto floret.

Myrrhis annua, ſemine ſtriato levi Moriſ.
ſylveſtris ſeminibus levibus. Chærephyllum
ſylveſtre C. B. an Cicutaria vulgaris J. B?
Ad vias & ſepes paſſim, Majo floret cum
ſeqq.

Myrrhis perennis, alba, minor, foliis hirſutis,
ſemine aureo Moriſ. nova æqvicolorum
Colum. In arvis & agris, bey der Schäffe-
rey.

Myr-

Myrrhis major vel Cicutaria odorata C. B. magno ſemine, longo, ſulcato J. B. Odorata Riv. In hortis aliqvando floret menſe Julio.

Paſtinaca latifolia ſativa C. B. domeſtica Lob. ſativa, latifolia, Germanica, luteo flore J. B. Elaphoboſcum ſativum Tabern. Paſternack. In hortis colitur ab olitoribus floretqve Julio & Auguſto.

Paſtinaca latifolia ſylveſtris Dod. C. B. Germanica ſylveſtris, qvibusdam Elaphoboſcum J. B. Baucia Lob. wild Paſternack. Ad margines agrorum & ſepes hortorum paſſim, in Lichtenau.

Perfoliata Officinar. vulgatiſſima ſ. arvenſis C. B. Buplevrum perfoliatum rotundo folio annuum Tourn. Perfoliata annua vulgaris J. B. Durchwachs. In horto pharmacevtico Kirchhofiano & aliis nonnunqvam, æſtate floret.

Pimpinella Saxifraga major, umbella candida C. B. magna Dodon. major Fuchſ. Lobel. hircina major J. B. Tragoſelinum majus umbella candida Tourn. Ad margines agrorum & in acclivibus; am hohen Reyhne nach Kießlingswalde & alias.

Pimpinella ſaxifraga minor C. B. hircina minor Lob. ſaxifraga parva Dod. ſaxifragia hircina minor foliis Sangviſorbæ J. B. Tra-

goſelinum minus Tourn. Bibenell. A
montes & in apricis aſperis, am Steinbe
ge, wie auch um die Stadt-Graben.

Pimpinella ſaxifraga minor hirſuta C. B. A
ſepes & agrorum margines, in Bertzdor
und Wünſchendorff bey der Papelſchenck

Sanicula Officinar. C. B. mas Fuchſii. Dia
penſia J. B. Sanickel. In ſylvaticis, ad ri
vulos & umbroſa fruticeta; in Mittel-Tim
mendorff beym Hofe.

Scandix vulgaris ſemine roſtrato C. B. Pe
cten Veneris Lob. folio tenuiori, pauci
oribus roſtris J. B. Inter ſegetes in campi
arenoſis & acclivibus, zu Schreibersdorff
um die Straß-Schencke.

Sphondilium Dodon. Lob. vulgare, hirſu-
tum C. B. Sphondilium qvibusdam, Bran-
ca urſina Germanica J. B. Bärenklau. In
pratis & hortis graminiferis paſſim floret
æſtate & autumno.

Staphylinus Rivin. Paſtinaca ſativa tenuifo-
lia, radice lutea C. B. Paſtinaca tenuifolia
ſativa Dioſcor. Daucus vulgaris Cluſ.
Carota lutea ſ. Staphylinus Græcorum J. B.
Möhren, gelbe Rüben. In agris & hortis
ſeritur.

Staphylinus ſylveſtris. Paſtinaca tenuifolia,
ſylveſtris Dioſcor, vel Daucus Officinarum

C. B.

C. B. Paſtinaca ſylveſtris ſ. Staphylinus Græcorum J. B. In agris & ad ſepes murosqve paſſim, in Lichtenau und Schreibersdorff, floret æſtate.

2. TERNIS.

rdamindum Tournef. Naſturtium Indicum majus C. B. Viola Indica ſcandens, Naſturtii ſapore & odore Herm. flore ſulphureo, aut flavo. Spaniſche Kreſſe. In hortis curioſorum & aliorum qvoqve floret Junio menſe & ſeqq.

3. QVINIS.

ranium Robertianum Officinarum. Robertianum primum, viride & rubens C. B. flore dilute rubente. Robertianum murale J. B. Herba Ruperti Tabern. Storchſchnabel. Ad muros & parietes in umbroſis, in Zwinger-Gärten, floret Junio.

ranium latifolium, acu longiſſima C. B. Creticum, annuum, hæmatodes, qvibusdam ſpecioſum, roſtris longiſſimis J. B. Ad ſylvas & nemora, am Hohwalde bey Lichtenau, floret Junio & Julio.

ranium minus, arvenſe Tabern. Cicutæ folio minus & ſupinum C. B. Myrrhida Plinii & Roſtrum Ciconiæ inodorum, vul-

gatum Lob. folio ad Myrrhidem accedente, minus C. B. Gruinum Dod. Ubiqve paſſim ad hortorum parietes & margines, ad muros & ſepes; Am Stadt-Graben und bey dem Gerichte copioſe.

PARTIS I. ORDINIS IV. CLASSIS V.

Plantarum flore pentapetalo irregulari ſeminibus in capſula

I. SIMPLICI.

Viola bicolor arvenſis, flore candido & luteo C. B. bicolor, frugum & hortorum vitium Trag. ſylveſtris Lobel.

Viola tricolor, hortenſis, repens, C. B. Jacea tricolor ſ. Flos Trinitatis J. B. flore violaceo puniceo & flavo. Viola flammea coloria Lob. Stieff-Mütterlein. Cum præcedente in cultis & hortis oleraceis, itemqve ad ſepes hortorum ubiqve copioſe floret vere & æſtate.

Viola Martia inodora ſylveſtris C. B. cœrulea, Martia inodora, ſylvatica, in cacumine ſemina ferens J. B. In montoſis, & ſylvaticis umbroſis, am Steinberge, Martio & Aprili floret.

Vio-

Viola Martia officinarum, purpurea, flore ſimplici, odorata, C. B. Viola Martis nigra ſ. purpurea Dod. præcox, purpurea Lob. Blau Veilgen. Ad ſepes & dumeta in umbroſis, itemqve hortis graminiferis primo vere læte floret.

Viola Martia flore albo odorato & non odorato J. B. Cum præcedente, rarius tamen ſponte, copioſius in hortis.

Viola Martia purpurea flore multiplici C. B. flore multiplicato majore J. B. pleno, hortenſis. In hortis curioſorum colitur, floret cum præcedente.

2. TRIPARTITA.

Delphinium ſegetum, flore cœruleo Tournef. Conſolida regia Officin. ſegetum ſtrigoſior tota Lob. Conſolida regalis flore minore J. B. arvenſis flore cœruleo C. B. Ritterſporn. Sponte naſcitur in agris ad ſegetes um Erdmansdorff; Colitur etiam in hortis, floretqve Junio.

Delphinium hortenſe, flore majore, ſimplici, cœruleo, pallido aut intenſo, purpureo, incarnato, albo, aut variegato. Conſolida regalis hortenſis florum varietate C. B. In hortis floret c. præcedente.

Del-

Delphinium hortenſe, flore majore, multiplici ſeu pleno, cœruleo, candicante, rubro, carneo &c. Voller Ritterſporn. Ab hortorum cultoribus ſtudioſe in hortis plantatur.

Fraxinella, Dictamnus albus officinarum J. B. Dictamnus albus vulgo ſ. Fraxinella floribus purpureis C. B. Weiſſer Diptam. In ſylvaticis & montoſis, im Hohwalde beym Nonnenberge, it. bey Margliſſa auf dortigen Bergen.

Napellus flore luteo Rivini. Aconitum lycoctonum luteum C. B. majus Dod. folio Platani, flore luteo palleſcente J. B. Eyſenhüttlein.

Napellus flore cœruleo Riv. Aconitum cœruleum C. B. magnum, flore purpureo, vulgo Napellus J. B. Cum præcedente in hortis curioſorum floret Majo & Junio.

PARTIS I. ORDINIS V. CLASSIS I.

Plantarum flore hexapetalo regulari, ſeminibus in capſula

I. SIMPLICI.

Juncus acutus, pannicula ſparſa C. B. acutus Dodon, vulgaris Lobel, foliaceus J. B.

Bin-

Binſen. In arenoſis apricis & ad aqvoſa, hintern Schießplan nach Bertzdorff. Julio & Auguſto floret.

Juncus foliis articulatis, floribus umbellatis Tourn. Gramen junceum folio articulato, aqvaticum C. B. Gramen aqvaticum Tabern. In arvis & pratis humidis aqvoſis, im Schleiffgrunde.

Juncus lævis, pannicula ſparſa, major C. B. Juncus pannicula arundinacea J. B. lævis Dodon. In uvidis & uliginoſis locis, floret Julio, im Stadt-Graben vorm Niclaus-Thor.

Juncus lævis pannicula non ſparſa C. B. lævis flore glomerato Lob. Juncus Matthioli J. B. Cum præcedente in iisdem locis, itemqve untern Steinberge gegen die Leim-Gruben.

Juncus villoſus capitulis Pſyllii Tourn. Gramen exile hirſutum cyperoides Lob. Gramen cyperinum piloſum Tabern. Cyperella Cordi, capitulis Pſyllii. In arvis apricis & acclivibus, hintern Cäppelberg, Majo floret & Aprili.

Juncus anguſtifolius, villoſus, floribus albis, panniculatis Tourn. Gramen hirſutum, anguſtifolium, minus, paniculis albis C. B. Cyperella ſerotina, floſculis albicantibus.

Gra-

Gramen levcanthemum Dalechamp. In ſylvaticis & uliginoſis, an denen Teichen und Brüchtrigen vorn Hohwald.

Juncus nemoroſus, latifolius, major Tourn. Gramen ſylvaticum piloſum Tabern. hirſutum, latifolium, majus C. B. Cyperella nemorenſis, capitulis in ſingulis petiolis, latifolia. Riv. In nemoroſis, ad aqvas & umbroſa. Im Nonnen-Walde bey der Schreiber-Bach.

Juncus paluſtris, humilior, panicula laxiſſima. Juncus paluſtris, humilior, erectus & repens Tourn. Gramen nemoroſum, caliculis paleaceis, repens & erectum C. B. Ad oras ripasqve aqvarum, itemqve in ſtagnantibus, & ad piſcinias, in Geibsdorff an denen Teichen.

Juncus parvus cum pericarpiis rotundis C. B. In arvis & paſcuis humidis, in Kertzdorff auf der Au. Cum præcedentibus floret menſibus æſtivis.

2. BIPARTITA.

Salicaria vulgaris, foliis oblongis, flore purpureo Tourn. Lyſimachia ſpicata, forte purpurea Plinii C. B. Lyſimachia purpurea, qvibusd. ſpicata J. B. Blattaria rubra, ſpicata, major, communis, folio acuto Moriſ.

Ad

Ad aqvarum ripas & inter ſalices, am Rande des Qveiſſes, bey der ſteinern Brücke nach Bertzdorff. Menſe Julio floret.

3. TRIPARTITA.

llium vulgare J. B. ſativum C. B. Dod. Lob. Knoblauch. In hortis colitur ab olitoribus paſſim, floretqve Julio.

llium ſylveſtre tenuifolium Dodon. campeſtre, juncifolium, capitatum, purpuraſcens, majus C. B. ſphærocephalum, purpureum, ſylveſtre J. B. Rother Knoblauch. In ſylvaticis ad vias & tramites paſſim, im Hohwalde nach Böhmen zu.

ſphodelus luteus & flore & radice C. B. folio fiſtuloſo, ſerrato, non ramoſus, luteus & flore & radice Herm. Affodill.

ſphodelus albus non ramoſus C. B. Haſtula regia flore ſimplici J. B. In hortis curioſorum Junio menſe floret.

epa vulgaris, floribus & tunicis purpuraſcentibus C. B. Cepe Lob. Cepa rotunda Dod. Runde oder rothe Zwiebel.

epa vulgaris, floribus & tunicis candidis C. B. Cepa alba rotunda J. B. Weiſſe Zwiebel. In hortis olitorum copioſe ſeruntur & coluntur qvotannis.

Lev-

Levcojum bulboſum trifolium minus C. B. Levcojum hortenſe, minus, triphyllon J. B. Levcojum bulboſum, minus, præcox, tribus petalis albis minoribus cingentibus terna minora herbacei coloris Moriſ. Narciſſo-Levcojum, trifolium, minus Tourn. Schnee-Tropffen. In hortis variis primo vere florem profert.

Levcojum bulboſum hexaphyllon, vulgare C. B. Levcojum bulboſum hexaphyllum, cum unico flore, rarius bino J. B. Levcojum ſylvaticum, præcox, majus, ſex petalis æqvalibus & albis Moriſ. Narciſſo-Levcojum vulgare Tourn. Mertz-Blumen. Cum præcedentibus in hortis, itemqve in ſylvaticis, beym Nonnen-Berge im Hoh-walde; Aprili floret.

Lilium album, vulgare J. B. album, vulgare, flore erecto C. B. Weiſſe Lilien.

Lilium purpureo-croceum, majus C. B. cruentum, rubens vel croceum, majus J. B. purpureum, majus Dod. aureum majus Tabern. Feuer-Lilie. In hortis plurimis paſſim coluntur ac florent Majo & Junio.

Martagum, Lilium Martagon, vulgare, ſangvineum, flore reflexo C. B. Lilium anguſtifolium purpureo-ſangvineum flore reflexo Moriſ. Hemerocallis Chalcedonica qvi-

qvibusdam, flore miniato, præcox Lob. Lilium flore nutante ferrugineo J. B. Türckiſcher Bund.

artagum orientale, flore miniato, Lilium Martagon Byzantinum, miniatum C. B.

artagum anguſtifolium. Lilium Martagon miniatum, anguſtifolium, odorum C. B. Martagon Pomponii, Cluſii, Moriſ. Cum præcedentibus a florum amatoribus in viridariis diſponuntur, florentqve Junio & Julio.

nithogalum luteum C. B. Bulbus ſylveſtris Fuchſii, flore luteo, ſ. Ornithogalum luteum J. B. Bulbus ſylveſtris Dod. In agris & pratis paſſim, ut & in denen Gärten an dem Schaaff-Vorwercke.

nithogalum candidum vulgare Lob. umbellatum medium, anguſtifolium C. B. pallido flore J. B. Bulbus levcanthemus minor Dod. Stern-Blümlein. In cultis & hortis graminiferis itemqve aliis paſſim.

nithogalum flore cæruleo, ſpecioſo, Hyacynthi pulchra ſpecies J. B. Hyacynthus ſtellaris vulgo. In curioſorum hortis cum præcedentibus, menſe Majo & Junio florem emittit.

rrum commune capitatum C. B. Porrum Dod. J. B. commune Lob. Lauch; Cum ſeqvente in hortis ab olitoribus colitur.

I Por-

Porrum ſectivum Juncifolium C. B. ſecti[...] Matthioli. Cepa ſectilis juncifolia, perenni[...] Moriſ. Schnittlauch. Ut præcedens i[...] olitorum hortis floret Junio & Julio.

Tulipa præcox, lutea, Italica C. B. Liliona[...] ciſſus Bononienſis luteus ſ. Tulipa Lo[...] præcox, flava Cluſii J. B. gelbe Tulipane[...]

Tulipa ſerotina rubra C. B. ſerotina minia[...] flore J. B. In hortis.

Tuliparum familiæ apud hor[...] tulanos haud ſecus ac caryo[...] phyllorum ſunt numeroſiſſi[...] mæ, qvorum nomina qvi de[...] ſiderat, ipſos adeat.

Tuſai, Corona Imperialis Dodon. Lilium [...] Corona Imperialis flore ſangvineo C. [...] Käyſerkrone.

Tuſai, Corona Imperialis lutea Dod. Coron[...] Imperialis flore pulchre luteo. Lilium [...] Corona Imperialis per omnia major Herm[...] Cum antecedente curioſorum inhabita[...] hortos, floretqve Majo & Junio.

Veratrum flore ferrugineo. Veratrum flor[...] atro-rubente Tourn. Helleborum album[...] præcox, floribus atro-rubentibus Lob[...]

Hel-

Helleborus albus, flore atro rubente J. B. Weiſſe Nieſzwurtz. In hortis aliqvorum cultum floret Auguſto.

Yucca foliis Aloës C. B. nova, glorioſe elata Lob. frutefcens, foliis mucronatis Tourn. glorioſa vulgo. In teſtis culta penſiles exornat hortos & alios, floret Julio.

Partis I. Ordinis V. Classis II.

Plantarum flore hexapetalo regulari ſemine in bacca

MONOPYRENA.

Berberis Officinarum Lob. dumetorum C. B. Berberis vulgo, qvæ eſt Oxyacantha putata J. B. Spina acida. Berbiſzbeeren, Saurach. Ad ſepes hortorum & arboretorum paſſim copioſe, am Kletwichiſchen Garten, auch hinter der Görlitziſchen Vorſtadt.

Laurus Alexandrina, fructu folio inſidente C. B. Laurus Alexandrina Chamædaphne Columu. Ruſcus latifolius, fructu folio innaſcente Tourn. Uvularia hortulanorum.

Laurus Alexandrina, fructu pediculo inſidente C. B. Bonifacia ſ. Bislingva J. B.

 Hip-

Hippogloſſum ſ. Laurotaxa, Radix Idææ Colum. Ruſcus anguſtifolius, fructu pediculo innaſcente Tourn. In hortis curioſorum colitur, floretqve Majo.

Smilax aſpera fructu rubente C. B. aſpera rutilo fructu Cluſ. Stechende Winde.

Smilax lævis, foliis oblongis, acutis. Ruſcus anguſtifolius fructu ſummis ramulis innaſcente Tourn. Laurus alexandrina ramoſa, fructu e caulis ſummitate prodeunte Herm. Cum præcedente incola eſt hortorum a curioſis exſtructorum, in qvibus aliqvando Majo menſe floret.

Partis I. Ordinis V. Classis III.

Plantarum flore hexapetalo irregulari, ſeminibus in capſula

Helleborine anguſtifolia pratenſis C. B. Elleborine III. Cluſ. Damaſonium flore herbaceo, intus non nihil candicante J. B. In ſylvaticis ſub fruticibus in opacis & uvidis locis, im Hohwalde um den Brunn.

Helleborine latifolia montana C. B. Helleborine Dodon. Lob. Rivini. In montoſis & apricis acclivibus, in Nonnenpuſch auf ho-

hohen Reyhnen; floret cum præcedente menſe Junio.

Elleborine ſylvatica radice repente. Pſeudo-orchis C. B. Orchis minor radice repente Camer. In ſylvaticis & nemoroſis, um Lich-tenberg.

Ophris bifolia C. B. Bifolium majus ſ. Ophris major qvibusdam J. B. Bifolium ſ. Pſeudo-orchis Dodon. Zweyblatt. In acclivibus & nemoroſis locisqve apricis, in Herrn Stadtſchreibers Pauli Garten am Stein-berge ſponte procreſcit & floret Majo, cum alias hanc plantam hic nondum conſpe-xerim.

Orchis prior Dodon. Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major C. B. Cynoſorchis noſtras major Lob. In pratis & agris gra-mine copioſo veſtitis & irriguis, in Bertz-dorff hinter der Obermühle; Junio & Julio floret.

Orchis fœtida, ſylvatica, præcox, flore albo, barba luteola: an Orchis Ornithophora can-dida Chabr? In convallibus apricis & ir-riguis, hinter Kertzdorff.

Orchis minor purpurea & aliorum colorum cum alis virentibus J. B. Orchis foliis ſeſſi-libus non maculatis C. B. In pratis apricis & uvidis, bey denen Leim-Gruben.

Orchis morio, mas, foliis maculatis C. B. Orchis major tota purpurea, maculoſo folio J. B. Teſticulus morionis, mas Dodon. Orchis Delphinia, maculoſis foliis, flore purpureo-violaceo Lob. Cynoſorchis morio Lob. Gukuks-Blume. In pratis & agris acclivibus, ad fruticeta & alias, auf den Feldern neben dem Jachandel-Berge.

Orchis morio, fœmina C. B. Teſticulus morionis fœmina Dodon. Cynoſorchis morio fœmina Lob. Orchis minor purpurea J. B. foliis infimis maculis exiguis notatis. In paludoſis cœnoſis & limoſis, bey der Ziegelſcheune.

Orchis ſpiralis, alba, odorata J. B. Triorchis alba odorata, minor C. B. Orchis ſpiralis ſ. Teſticulus odoratus Lob. In convallibus uvidis & opacis, an Kertzdorff nach Holtzkirch.

Orchis Fucum referens, major, foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus C. B. Orchis ſ. Teſticulus ſphægodes, flore hirſuto J. B. Teſticulus vulpinus ſecundus ſphægodes Lobel. In aſperis & ſylvaticis, im Holtze bey Mauerecke.

Orchis Muſcam referens minor, galea & alis herbidis C. B. Orchis myodes Chabr. Orchis Serapias III. Dodon. Orchis myodes I. flo-

floribus muſcam exprimens Lobel. In montoſis aſperis, hinter Steinkirche, itemqve um Marglissa und Bayerberg.

tyrium Rivini & Offic. Orchis ampliſſima, foliis binis ſplendentibus J. B. Orchis bifolia latiſſima C. B. prima, ampliſſimis foliis Cluſ. bifolia minor, alba, calcari oblongo C. B. Weiß Knaben-Kraut. In pratis aridioribus & apricis in Geibsdorff.

almata pratenſis latifolia, longis calcaribus C. B. pratenſis maxima; Cynoſorchis macrocaulos galericulata Gemmæ J. B. Cynoſorchis macrocaulos ſive conopſea ſ. galericulata C. Gemm. Lob. Herr Gotts Händgen.

almata pratenſis, anguſtifolia, minor, flore odoratiſſimo C. B. anguſtifolia, non maculoſa Rivini. Orchis palmata, montana, maxima J. B. Cum præcedente in pratis udis & irriguis, im Schleiffgrunde bey denen Röhrbörnern.

almata paluſtris latifolia C. B. Palmata ſ. Serapias paluſtris, latifolia, flore albo ſubpurpuraſcente J. B. Satyrium baſilicum folioſum vel III. Dodon. In locis uliginoſis & aqvoſis, in Logau auf wäßrigen Wieſen.

Omnes hujus Claſſis plantæ fere ſimul florent Majo & Junio.

PART. I. ORDINIS VI CLASSIS I.

Plantarum flore polypetalo regulari ſeminibus nudis PLURIMIS.

Acer platanoides Munting. majus, multis falſo Platanus J. B. Acer montanum, orientalis Platani foliis atro-virentibus Plukenet. Acer montanum candidum C. B. Ahornbaum. In ſylvis noſtræ regionis rarius eqvidem habetur, viſitur tamen ſecundum tramitem unter denen Weiden.

Acer campeſtre minus C. B. Acer minor Dodon. Acer vulgare, folio minore J. B. In fruticetis dumetisqve ſylvarum, am Hohwalde bey Lichtenau.

Adonis ſylveſtris vel hortenſis, flore phœniceo, foliisqve longioribus C. B. Eranthemum. Ranunculus foliis Anthemidis, floribus rubicundis & ſplendentibus Cæſalpin.

Adonis ſylveſtris flore luteo ſ. pallido, foliisqve longioribus C. B. Adonis arvenſis flore ochroleuco Tourn. Ranunculus arvenſis, foliis Chamæmeli, flore citriato Cæſalp.

ſalp. Cum præcedente in curioſorum hortis reperitur florens Junio & Julio.

nemone ſylveſtris, alba, major C. B. major, candida Tabern. ſylveſtris prima Cluſ. In montoſis & apricis, floret Majo & Junio, im Hohwalde beym Nonnenberge, itemqve gegen Welckersdorff.

nemone hortenſis latifolia aut tenuifolia, flore ſimplici aut pleno, coccinei, cœrulei, albi, purpurei, atro purpuraſcentis & diverſi coloris C. B. Ab amatoribus florum curioſis in hortis ſtudioſe & copioſe coluntur, qvos Majo menſe florentes delectant.

nemone-nemoroſa flore majore, albo C. B. Ranunculus phragmites albus vernus J. B. Anemone qvinta Dodon. Nemoroſa flore roſeo, albo expanſo Tourn.

nemone-nemoroſa flore purpuraſcente C. B. Ranunculus nemoroſus purpureus Tabern. Ranunculus phragmites purpureus vernus J. B. Nemoroſa flore purpuraſcente, connivente & velut campaniformi. Tourn.

nemone-nemoroſa flore minore, luteo C. B. Ranunculus nemoroſus luteus C. B. Ranunculus phragmites flore luteo J. B. Nemoroſa flore minore, luteo, modo ſimplici, modo gemello. In ſylvaticis & nemoroſis, locis umbroſis & irriguis, im Hohwalde ge-

 gen

gen Kertzdorff und Holtzkirch, primo ver[e] floret.

Chelidonia minor Officinar. Ficaria vulgari[s] Riv. Chelidonia rotundifolia minor C. B. Malacociſſus minor Fuchſ. Scrophularia mi[-]nor ſ. Chelidonium minus J. B. Ranunculu[s] rotundifolius, vernus, major & mino[r] Tourn. Scharbock. In pratis & hortis[,] arboretis, & paſſim ad margines, vere pri[-]mo floret.

Hepatica nobilis officinarum, flore ſimplici cœruleo C. B. Trifolium hepaticum flore cœruleo ſimpl. C. B. Trifolium magnum ſ. aureum Frag. Trifolium hepaticum ſ. herba Trinitatis J. B. Ranunculus triden-tatus, vernus, flore ſimplici cœruleo Tourn. Hepatica terreſtris Geſn. Edel Leberkraut.

Hepatica nobilis Officinarum, flore pleno cœruleo C. B. Hepatica trifolia polyanthos Lob.

Hepatica nobilis flore albo ſimplici ſ. argen-teo C. B.

Hepatica nobilis flore purpureo, rubro, ſim-plici C. B.

Hepatica nobilis flore rubro, purpureo, ple-no C. B. Simplici flore occurrunt prædictæ ſpecies in ſylvaticis, beſonders im Hoh-walde gegen Lichtenau, auch nach Ger-lachs.

achsheim, pleno autem in hortis habentur, lorent menſibus vernis.

lſatilla purpurea, aut cœrulea J. B. vul-aris Lob. flore majore dilutiore Moriſ. olio craſſiore & majore flore. C.B. Anemone nontana Geſn. Küchenſchell. In ſylvaticis ıltioribus & montoſis, im Hohwalde hin-er Ertzdorff, nach Böhmen zu; vernis tem floret menſibus.

ARTIS I. ORDINIS VI. CLASSIS II.

antarum flore polypetalo regulari ſeminibus in capſula multiplici.

onitum hyemale vulgo Tabern. Aconi-um unifolium, luteum, bulboſum C. B. Helleborus niger, tuberoſus, Ranunculi fo-lio, flore luteo Tourn. Helleborus Ranun-culoides hyemalis, radice tuberoſa, flore in medio folio Herm. Ranunculus cum flore in folii medio, radice tuberoſa J. B. In ſylvaticis, aqvoſis & paludoſis, in denen Gründen und Brüchtrigen, im Hohwalde, primus fere omnium flos eſt, ſæpe enim jam Februario prodit.

Aqvi-

Aqvilegia ſylveſtris C. B. Aqvileja Do. Aqvilina Lob. Aqvilegia flore ſimpli cœruleo J. B. Agley, Glocken-Blumen In pomariis & hortis olitorum ad ſepe aliqvando.

Aqvilegia hortenſis ſimplex C. B. Aqvileg hortenſis ſimplici flore albo, cœruleo, ru bro, incarnato, variegato J. B.

Aqvilegia hortenſis multiplex C. B. Aqvi legia hortenſis flore pleno albo, cœruleo atro-purpureo, rubro, incarnato, vario J. B. Cum antecedente in hortis curioſorum ele gati oculorum ſpectaculo floret Majo & Junio.

Helleboraſter, Helleboraſtrum Tabern. Hel leborus niger fœtidus C. B. Pedicularia III Trag. Helleborus niger, ſylveſtris, adulte rinus, etiam hyeme virens J. B. Conſiligo Ruell. Veratrum nigrum III. Dod.

Helleborus niger hortenſis, flore viridi C. B. Helleborus niger vulgaris, flore viridi vel herbaceo, radice diuturna J. B. Chriſtwurtzel. In hortis acclivibus & apricis graminiferis, ut gegen dem Steinberge, Aprili & Majo floret.

Nigella arvenſis cornuta C. B. Nigella Romana odora Lob. Melanthium arvenſe, ſyl-

ſylveſtre J. B. Inter culta oleracea aliqvando reperitur, floretqve Junio & Julio.

gella latifolia flore majore cœruleo C. B. Melanthium Hiſpanicum, majus, hortenſe Dodon.

gella flore majore pleno cœruleo C. B. Melanthium Damaſcenum flore pleno Cluſii, capite vel calice & flore majore, pleno J. B. Schwartz Kümmel. In hortis ſeritur ab olitoribus, itemqve in curioſorum viridariis occurrit, floret Junio & Julio.

mphæa alba major C. B. alba Dodon. Lob. J. B. Nenuphar album multis. See-Blume.

mphæa alba minor C. B. Lob. parva Matth.

mphæa lutea major C. B. lutea Dod. Lob. J. B. citrina Cord. A curioſis aliqvando in hortis coluntur, ſed magno cum ſtudio; ſponte hic locorum non procreſcunt.

eonia mas, folio nigricante, ſplendido C. B. mas, procerior J. B. mas Dodon. nobilior ſeu II. Tragi, flore ſimplici rubro, purpureo, aut incarnato.

eonia mas, flore pleno atro-purpureo aut incarnato C. B. Pœonia polyanthos Lob.

Pœo-

Poeonia fœmina ſ. communis C. B. vulga-tior, flore pleno, rubro, majore, vel albo aut albicante J. B. Pöonien-Roſen. In hortis curioſorum coluntur, floremqve menſe Majo promunt.

Sempervivum tectorum majus Matth. Sedum majus vulgare C. B. Sempervivum majus alterum ſive Jovis Barba Dodon. Sempervivum majus Lob. Aizoon majus Cam. Sedum majus vulgare J. B. Groſſ Hauswurtz. In tectis ſtabulorum & muris horumqve ruderibus floret Julio.

Sempervivum tectorum minus. Sedum tridactylites tectorum C. B. Sedum vulgare magno ſimile J. B. Gemeine Hauswurtz. Ut præcedens in tectis & teſtis a vulgo in ſuburbiis copioſe colitur & læte viret per annum univerſum.

PARTIS I. ORDINIS VI. CLASSIS III.

Plantarum flore polypetalo regulari, ſeminibus in bacca.

Granadilla, Clematitis trifolia flore roſeo clavato C. B. Flos Paſſionis. Granadilla Hiſpanis Column. Cucumis triphyllos flo-

flore roſeo, clavato Herm. Maracot Indicum Aldi. Paßions-Blume.

ranadilla altera folio tricuſpidi, flore parvo, flaveſcente Tourn. Clematitis paſſionalis, triphyllos, flore luteo Moriſ. Cucumis hederaceo folio, flore ex luteo viridante Herm. Cum præcedente hortos curioſorum exornat, in qvibus Julio & Auguſto floret.

puntia major, vulgo, herbariorum J. B. Ficus Indica, folio ſpinoſo, fructu majore C. B. Indianiſche Feigen.

puntia media, Ficus Indica media ſpinoſior, forſan ſylveſtris C. B. Tune, Opuntia Lonic.

puntia minor J. B. Ficus Indica humilis C. B. In teſtis figulinis ab hortorum amatoribus coluntur floremqve Junio aut Julio edunt.

unica, qvæ Malum Granatum fert Cæſalp. Malum puniceum Lob. Malus Punica, ſativa C. B, Malus Granata ſ. Punica ſativa, flore ſimpl. Tabern. Granaten-Baum. Fructu acido aut dulci habetur.

Puni-

Punica flore pleno, majore C. B. Malus punica pleno flore Hort. Reg. Par. Balauſtia flore pleno majore C. B. Balauſtia Hiſpanica J. B. Cum præcedente in hortis curioſorum colitur, profertqve florem Junio.

Hoſce flores ſimplices, in qvibus unum vel plura petala unicum conſtituunt florem, nunc excipiant compoſiti, qvi ex pluribus floſculis in unum qvaſi compactis conflantur, qvi nobis alteram catalogi noſtri partem efficient, ſubdividendam iterum in ſuas Claſſes & ordines;

Prodeat ergo

Par-

ARTIS II. ORDINIS I. CLASSIS I.

antarum flore compoſito ex monopetalis regularibus SEMINIBUS SOLIDIS.

otanum Mas, anguſtifolium, majus C. B. ulgare & Officinarum J. B. mas Dodon. nas, vulgare, humile Tab. Stabwurtz. n aſperis & ſiccis, ad muros & ſaxa.

otanum Mas, campeſtre, cauliculis albiantibus C. B. Abrotanum ſylveſtre inoorum, cauliculis purpuraſcentibus C. chwenkf. Artemiſia tenuifolia tertia Cluſ. n apricis arenoſis, an denen Stadt-Graen vor dem Brüder- und Nicolaus-Tho-; Cum antecedente Julio & Auguſto oret.

otanum hortenſe, cum pulchris corymbis B. odoratum, humile, denſe fruticoſum obel. mas, anguſtifolium, minus C. B. Jartheil. In hortis multorum colitur, floetqve Julio & Auguſto.

otanum fœmina, foliis teretibus C. B. hamæcypariſſus J. B. Santolina foliis te-

retibus Tourn. Polium Theophraſti & Dio-
ſcor. vermiculato folio Fab. Colum. Cu-
preſſus herba Tabern. In hortis curioſorum
